

# ALFONSI

GOMEZ DOCTORIS COMPLVTI MEDICI HISPALENSIS LIBELLVS DE HVMORVM PRAEPARATIONE NVNQVAM HACTENVS A QVOQVAM IN LVCEM EDITVS ADVERSVS ARABES.

364

A-14-1ª
2364

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# ALFONSI

GOMEZ DOCTORIS
COMPLVTI MEDICI HI
SPALENSIS LIBELLVS
DE HVMORVM PRAE
PARATIONE NVN
QVAM HACTE
NVS A QVO
QVAMIN
LVCEM ...quen
EDI ...tiã, pro
TVS ADV ...on medicis
ARAB A ij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Alto dichia

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte



# ALFONSI

GOMEZ DOCTORIS
COMPLVTI MEDICI HI
SPALENSIS LIBELLVS
DE HVMORVM PRAE
PARATIONE NVN-
QVAM HACTE-
NVS A QVO
QVAM IN
LVCEM ... quen
EDI ... tiā, pro
TVS ADVER. medicis
ARABES. A ij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Ἰάκωβος ὁ Καλλίαρς φιλέλλην.

Ἀρχαίων τε νέων τε ἰατρῶν πάντ᾽, ὀλίγου δεῖν,
κάτθελεν ὀρθῶσαι σφάλματα, τήνδε βίβλον,
Συγγράψας Ἠλφόνσος ἔχων δόξην παρὰ πᾶσι,
καὶ παιηονίης πληθόμενος σοφίης.
Τοῦτον δὴ Φοίβοιο παῖν πιστεύετε εἶναι.
ὃς παρὰ τοῦ πατρὸς λάμβαν᾽ ἀκεστορίην.

Idem Iacobus gaſliardus, græcum hexaſtichum a ſe æditum, interprætatur.

Omnia quæ veterum (prope dixeris) ac iuniorum
Errarunt chalami, corripit iſtud opus.
Magnus id Alfonſus, nulloq; tacendus in æuo,
Artibus abſoluit plenus apollineis.
Eſſe hunc progeniem phoebeam credere fas eſt,
Artem curandi quem docuit genitor.

ILLVSTRISSIMO ET SAcratiſſimo Principi Garciæ Aloayſæ in Romana eccleſia tituli ſancte Suſannę preſbytero Cardinali Archiepiſcopo Hiſpalenſi, hereticę prauitatis, & apoſtaſię Inquiſitori ſummo, ſupremi nouarum hiſpaniarũ & indici oceani ſenatus præſidi pręſtantiſſimo, Alfonſus Gomez Doctor medicus.

S. P. D.

SAEPE ADMIRARI SOleo, præſulum princeps, illam antiquorum ſcriptorum ſedulitatem & induſtriã, quam in vendicandis ab interitu illuſtrium virorum factis ac dictis, pręſtitere: vt merito dubitatum fuerit hactenus, vtrũ ſit pręſtantius, facinora magna & memorabilia facere, an aliorum geſta litteris mandare. Adeo vt hęc ſit nunq̃ȝ ſatis laudati diuiniqȝ Homeri pr͞ia laus, autore Plutarcho, ꝙ ipſe vetuſtiſſimorum omnium, & philoſophorum virorũ extiterit primus, primus inquã poetas inter: nam multis retro annis, refert Hippocrates, ſcripſerat Aeſculapius, quem & ipſum ſane ob medice artis peritiã, pro numine coluit antiquitas, aut non medici-

ne ob ſcientiam tantum,ſed ꝙ primus ſcri-
pſerit,tantos illi ſuum ſeculum detulit ho-
nores,vt deo ſimilem fecerit,nec id iniuria:
quandoquidem qui conditione ſua morta-
lis erat,immortalis euaſit,& noua metamor
phoſi perennis factus eſt,relictis litterarum
monumentis,& ex qua parte mortalitatis
iura exuit,deus eſt iudicatus nempe,ꝙ ęter-
nitas plurimum attineat ad diuinitatē,hāc
autem immortalitatem ſcribendo adeptus
eſt ille. Veruntamen quot,quantaſqꝫ in vi
ta cōmoditates ex antiquorum libris capia
mus. Cū ethnici,tū pij,ſacriqꝫ autores,qui
veram philoſophiam pręcioſum & coeleſte
donū docent,declarant,qui ad virtutis cu
ram,quę maximam affert hominibus vti-
litatē,adhortātur:dum diuitias ſpernere,vo
luptatibus fieri ſuperiores,corpora labori-
bus exercere,potentium foelicitatem miſe-
riam eſſe ducere,admonēt. Et mihi vidētur
hi qui huius philoſophię cultores & ſcripto
res non admirātur,fortaſſe & deum ipſum
paruipēdere. Neqꝫ vero hęc tam multis di
cta propterea mihi ſunt,ꝙ edundi libri,non
ſum tā neſcius,cōmunis ſit ratio,mihi quo
qꝫ & grauiſſimis illis auctoribus,aut ſi qui
dem eſſet eadem ratio,qui tuę amplitudini

Minist... Educación, Cultura y Deporte

eam redendam putem. Non ſum adeo pro
cax. Sed propterea repetita ſunt quia cũ vo
tis omnibus cuperem, tuę ſerenitati fieri no-
tus, idq; bonam felicitatis partem ducerem
eſſemq; anxius in conſequēda tāta eudemo
nia, neq; ad hanc vlla via pateret obtulit ſe
nobis Tucididis, δρασαντασ τι καὶ κιν-
δυνεῦσαι consilium, quo admonitus, atq; ani
mo recreatus cœpi magnum aliquid cogita
re, omniaq; agere quo voti fierem compos.
Erat interea nobis, & eſt adhuc, cũ neceſſa
rijs tuis frequens conſuetudo, in quorũ me
quoq; eſſe percupiębam albo, id quo conſe
querer, ſubire duxi periculum, & tuam am
plitudinē, in tanto quãuis faſtigio imperij,
& rerum gerendarum magnitudine, ac mo
le negociorum occupatum adire. Pręſertim
ꝙ hac tempeſtate bone diſciplinę, quę apud
alias gentes, Gallos, Italos, Germanos, & An
glos, in priſtinum ſplendorem ſuum ſunt
reſtitutę, iaceant adhuc ſepulte per omnes
Hiſpanias, & extremus hic labor maneat ſu
um Herculem, qui illas a tot monſtris ven-
dicet ac liberet, vnde perpendere licet quã-
tum laborem primi illi heroes pertulerint,
qui veluti cerberum quēdam ab inferis, Ga
lenum reuocauerunt ad ſuperos. Et tamen



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

erant illi ad iniendum bellum quã expedi-
tiſſimi, qui omnigena ſcientiarũ encyclope
dia, & linguarum panoplia inſtructi, ad
oriebãtur pericula. Dico autem Lionicenũ
Briſoiũ, ac reliquos huius loci claros viros,
mihi cum non ſit tam ampla ſupellex, &
longo ab illis interuallo ſepoſitum me eſſe
cognoſcam, auxiliares copias vndecunque
cogendas habui, optabã tam oportune dari
ſe nobis principẽ aliquẽ, qui vim adderet,
qualẽ olim habuit Diomedes Pallada τοὶ-
τοι, qui diceret, ἐγὼ ἐπιταῤῥοθοσ ἦα qua-
lia dicentẽ facit diuinus Homerus, nullus te
viuit hodie amplior, Pręſul illuſtriſſime, q
ſupremum dignitatis gradum merito tuo
pręſules ante omnes Hiſpaniarum tenes, ha-
biturus in terris, fama iam totum orbem oc
cupante, ſufragijs omnium futurum te eſſe
ſummũ pontificem dicente, ſi te illic manere
diu permiſiſſet, nec reuocaſſet ad gubernan
das tam Hiſpaniarum quã indiarum reſpu
blicas omnes diui Caroli. S. C. C. q; mage-
ſtas, ſi terris omnibus non inuidiſſent poten
tiſſimę Hiſpanię. Si non vẽdicaſſent ſibi qđ
omnibus debebatur, ergo mirari deſine illu
ſtriſſime princeps. Si quidem tantus eſt tãq;
potens, ſi tam multi tuam amplitudinẽ ade

unt, & ad te, preſertim ſtudioſi, veluti ad ſa
cram anchoram confugiunt. Quamobrem
deuorandum eſt tibi tantum tedium, maxi
me in aſſerenda inſtaurandaq; re litteraria,
& iam aſſueſce vocari, & ſi q̃ tua eſt huma
nitas non dedignaris neq; nos deſpicis, pate
re iam hoc leui denſi munere tuam ampli-
tudinem donari, & hilari fronte ſucipere, vt
intelligant illi qui ſolent aliena ſtudia detra
ctare, tuo nomini hoc eſſe opus conſecratũ,
ac tutum iam a ſacrilegis hominibus, neq;
enim hoc fruſtra video ab autoribus facti-
tatum, numinibus aut viris egregijs ſuas vi
gilias nuncupantibus. Ita nãq; fit vt ſi quiſ
piã alius habeat quid dicat, quidue ſcribat
in autorem autoriſq; operam, tamen abſti-
neat neq; cõmittat vt ſuędire in quedã acta
exeãt: veritus nimium illius cui dicata ſunt
maieſtatem, equidem de me facio coniectu
ram, qui quãuis talem me iactem eſſe, req;,
& opere præbere me talẽ ſtudeam, qui no-
lim cuiuſque honori quidquã detrahere. Et
qui nunquã animum induxi meum vt ſcri
berem elenchos ac dicas & contradictiones,
& tamen viderem parte ex alia quedam fal
ſa & mortalibus noxia in quorundam ſcri
ptis circũferri, quorum par piumq; erat fra

tres commonefacere, & ſcribendũ deniqꝫ
inuito quãuis genio eſſet: deterrebar ſane,
a nuncupati principis potẽtia. Hac ergo de
cauſa, ſolẽt autores non niſi patrocinio ali-
quo ſuſultos in vulgum ſuos labores emitte
re. Quod idẽ facere mihi opere fuit pręciũ,
propterea ꝙ hac tempeſtate, ſi quando, nũc
maxime, plurimos eſt offendere φιλοβαρ
βάρους: qui audire Galeni nomen non ſu-
ſtinent, nedum eius plane diuina monumẽ-
ta legere. Proh dolor, aut potiꝰ, proh depra
uatas hominum mentes, Galenus totius natu
rę verus fidusqꝫ interpres, qui viſus eſt na-
turam ipſam rerum parentem a conſilijs ha
buiſſe, vt dixit Eudemus, qui ſtupefactus o
peribus Galeni, ipſum ſiſcitatus eſt, vt quo
pacto preſciendi artem accepiſſet a natura.
ὀυγὰρφθεγξαμένη γε ταυτα ἔιπε diceret: ip
ſę inquã qui naturę ſecreta rimatus ẽ. Et qui
ad abditiſſima, recõditiſſimaqꝫ penetrauit,
ipſę cõtẽptui eſt neotericis medicis, & ꝑ ni
hilo penditur, cuius tanta fuit ſcientię vis, ſa
pientieqꝫ facultas: vt eius aduerſarij coetani
quidẽ alioqui & ęmuli, atqꝫ eiuſdem lucri
& gloriæ riuales. Illi qui tantum viri ſplen
dorem non ſuſtinebant ferrę, quẽ de medio
ſublatum cupiebant. Tanta eſt veri vis, ipſi

met de Galeno talia iactabant πύθιος ἀπό-
λλων διὰ τοῦ γαλινοῦ στόματος ἐβουλήθη
θεσπίζειν τοῖς νοσοῦσι μετὰ τοῦ θεραπεύειν
αὐτοὺς ἀπαλλάττειν τε τελέως αὐτοὺς
ἐν ἡμέρα τῇ προρρηθείσῃ quē Platone, Ari
ſtoteleq́ꝫ, quem reliquis philoſophis, pro
culdubio ſcimus longe ſapientiorem cuius
eſſe interpretem ſuus Auicenas gloriatur, tā
tum naturę, admirandumq́ꝫ miraculū, iſti
ferre non valent. Et audire eſt ex eis quoſdā
deierantes, & cum inſania cōtendentes, non
poſſe quemquā ſola Galeni lectione, in me
dicum euadere perfectum, ſufficere tn̄ ſuc-
cinctum Auicenę canonem, quo ſine, aiūt,
& fruſta quis ſcientiā conatur adipiſcere,
& temere contraq́ꝫ piū, conſcientiam illi
dicunt, artem exercitare; quos cum intelligā
tam iniurios in Galenū, et in galeni imita-
tores tam eſſe infeſtos; nō poſſum illorum
inuidiam in aliam, atq́ꝫ illi faciunt, partem
accipere, nempe cū̄ deprauatis in autoribus,
& bonarum artium corruptoribus, qui ipſi
in cauſa fuere, aut vt bone diſcipline peſum
ierīt, aut qui in infelici illo ſęculo ſcripſerūt,
quo littere peſum ierant, homines linguarū
ignari: cum in his, inquam, autoribus conſe
nuerint, et miſeram perdiderint operā & la

borem,etatemq; omnem contriuerunt nec
valent,exantlatis viribus ad ferendos tot tã
toſq; improbos labores. Pręterea illotas ha
bent manus ac pedes,aiunt,vt accedant ad
Galeni mageſtatem,æſopice more vulpecu
læ maledictis nos inceſunt atq; hinc illę la-
chrime,ꝙ exorientem ſolẽ non ferentes nun
quam non rectioribus ſtudijs in auſpicatiſſi
mo garritu obſtrepunt,& inuentis frugibus
ad glandes illas ſuas multo inſulſiſſimas mi
ſeram iuuentutem inuitant,ait illę,adeo me
dios inter,& denſiſſimos hoſtes verſamur,
a nulloq; non imminet nobis maximũ fa
me diſcrimẽ & familiaris rei diſpendium.
Quas res ego ſępe animo reuoluens,cupiens
ego quoq; noſtri ſeculi hominibus&,ſi poſ
ſim,poſteris aliqua ex parte ad hortãdo pro
deſſe. Sciens pręterea medicos omnes neote-
ricos toto(pace illorũ)ꝓpe dixerim , cœlo,
errare cũ Auicena in pręparãdis humoribꝰ.
Coepi primo rẽ animaduertere,dein de re at
tẽtius cogitare,&q̃cunq; ſe offerebãt,q̃ ad rẽ
pertinerent,dũ Galeni libros lego,ea omnia
in albe charte libro, de more noſtro ,ſcri-
bo & noto,poſtea ſcribere ea , inq; vnum
volumen colligere ſum agreſſus :poſtremo
cum cogitarem de edẽdo libello,& quęrerẽ

ex tot magnatibus cui tuto cōmitterem inci pienſq; a primo per reliquos irē. Vt ex his deligerem qui operi meo eſſet patronus, tu princeps illuſtriſſimę, qui prim⁹ es potētia, primus etiam memorię occurrebas: tum ob egregiam poteſtatem, qua in terris polles tū generis gentisq; pręſtātiam antiquamq; & hęreditariam nobilitatem, quam trahis ab aloyſarum familia nobiliſſima, tum etiā ꝙ diuinarum, iuxta atq; humanarum litterarū aprime doctus es, & quā diſertiſſim⁹ & ſtu dioſorum hac ratiōe cōmune aſillū: quare cum nō ſit in quo tot bona conueniant, niſi in tua amplitudine, & quā optime conſultū eſſe meę prime fęture percuperem, tuā ma- geſtatem expetendam decreui, pręterquam ꝙ familiares quidā tui, viri alioqui magni nominis aditum dedere, reliquū eſt vt ego ad maiora edenda, tuoq; nomini conſecran da accingar. Si quidem qua ſoles tuos clien tulos humanitate, me quoq; ſucceperis. Va

leat viuatq; diu, foelix tua ampli
tudo pręſul humaniſſimę,
Hiſpali, Idibus mar-
tijs. Anno.
1546

AD MAGNIFICVM DOMInum Ferdinandum Gomez tribunum plebis, philoſophū, & in medicina doctorem laureatū, patrem, & dominū ſuum, & illius nomine ad lectorem pium, Alfonſus Gomez Doctor. S.P.D.

CVM COGITAREM DE edenda in lucem hac mea prima foetura, coactus ſane quorundam pręcibus, & quotidianis pene nunc conuitijs, nunc hortatibus, reddēdam prius eſſe tibi huius noſtri conſilij rationem, ac tuo nomine, omnibus, opere pręcium duxi. Scio enim non de futuros, quibus facilius eſt, iuxta prouerbiū, vituperare, quā imitari, qui dicent, me hominę nullius prope nominis, & tironem adhuc auſum eſſe ſcribere, in tanta frequentia medicorū, qui ſcientia inſignes longa ſunt etiā experientia probatiſſimi. Atq; illis ſilētibus intraq; cuticulam, aiūt, ſe cōtinentibus, ego audaculus ſilentia ruperim. Pręſertim cum ſint omnia iam vulgata, nihilq; non ſit dictum. Et ingens ſit ſcriptorum turba, neq; nouus auctor plus cōmodi videatur allaturus denuo, quam ſtudioſos a frugifera lectio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne auocare ad perdendas bonas horas. Talia iactabunt fortaſſe in me conuitia, aut etiam his multo peiora. Verum vt hęc non abſqꝫ omni prorſus ratione dicētur: ita plura dicere, illorum maliuolentię potius, quā noſtrę temeritati aſcribenda erūt. Quare relictis illis valere, cunqꝫ ſuis autoribus contabeſcere, ad confutationem horum, quęcunqꝫ illorū nomine mihi propoſita ſunt, accedam. Primum omnium intelligant, velim, etatem nō facere librum, ſed ſcientiam, vt quā primū quis nactus fuerit ſcientiam, iure poſsit eam alios docere, neqꝫ ad hanc rem quidquā referre etatem, aut ſiquidem referat: vt iuuenilis valida vegetaqꝫ eſt, ita ſenilis inualida: ſuntqꝫ plurima vulgo iactata prouerbia & poeta etiam omnia, inquit, fert, hoc eſt, aufert etas, animū quoqꝫ: ergo per etatem quā agimus nequaq̄ non licet: ſiquidē per eruditionem licuerit ſcribere. Quod alij nō ſcribant, quid ad me, quoniā nihil curo de cute quid alij faciunt ſua, neqꝫ tanti ſilentij, profecto pluſquā pithagorici, mihi diuinanda ratio. Hoc certe de me affirmo: deſideraſſe iā diu a primis certe annis, ex quo initiari cepimꝰ medicinę, opꝰ aliq̄d, quod exactā de pręparatione humorum productamqꝫ, & nu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

meris omnibus abſolutam circūferret diſpu tationem. Nunc vero cum a maioribus no ſtris hanc operam tam frugis plenam pręter miſſam: mihi fato quodam oblatam eſſe vi deam, vt taceam ꝙ hactenus ſperaui ſi quis me doctior forte fortuna emergeret, qui hāc ſucciperet prouinciam, nō eſt cur quiſpiā maligne ĩterpretetur noſtros hoſce conatus. ſed ſi me ſeipſo eſſe inferiorem fateatur, lau det: ſuccipiat opus, atqʒ boni cōſulat: ſin prę ſtantiorem: culpet ſe potius ignauięq̄ʒ me in continentię, & inuidere ſe mortalibus agno ſcat, qui ſoli ſibi ſciat & ſapiat, qui ſoli ſibi natus ſit, pręſertim ꝙ magna eſt ſcriptorum in opia qui eam quę ab aſclipiadarum gene re manauit, profiteantur doctrinā, rerum fa cies mutata eſt: inuerſa ſunt omnia, hactenus Arabes obtinuerunt, longamqʒ tirannidem exercuerunt, & infinita, prope dixerim, vo lumina legebantur illorum: & ego quoqʒ, huius ſecte annos plus ſeptem æmulus fui, quo tempore omnes, quotquot extāt, libros legi: ſed potiſſimum tuo iuſu atqʒ admoni tu gētilis fulginatis libris incubui, quos om nes a carcere, aiunt, ad calcē perluſtraui atqʒ perlegi, & ab illis excerpſi cōcluſiones, quas in paleſtris illis, & literarijs certaminibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aſſerui, dum affecto lauream magiſterij ſeu doctoratus: dum ſelectiſſimas ſententias ve- ſtigo, nouas atq; difficiles probatu: nihil ne q; in reliquis, neq; in gentile relinquo in tactum. Fidẽ faciũt, quæ dico apud eos qui in eadem Complutenſi academia creati ſunt doctores: qui cum honore & applauſu om- nium, horrẽdas illas diſputationes ſuſtinue re. Ergo perlegendi gentilis comẽtarios om nes mãdatum habebam a te, & pręter hoc tẽ poribus inſeruiebam, nunc vero in vicem Auicenę ſucceſſit Galenus, quẽ par eſt ſuos habere enarratores, quos nõdum habet, niſi per paucos quoſdam: q̃re nõ ſunt oĩa, vt iſti dicunt, vulgata, imo nunc denuo pullulant monumenta Galeni, & campus ſe aperit la- tiſſimus, & locus datur nouis ſcriptoribus, in quibus legendis, non eſt cur dicant male collocari bonas horas, nam vt iniquę in Ga lenicos illos: quorum ferax eſt Italia & Ga- lia, atq; Germania, indicant: ita forte de me iure loquuntur: ſed videant quęſo per breuẽ eſſe libellum, atq; adeo ſuccintum, vt nulli ſit occaſio perdendi ſolidam horam, quem expeditus lector multo anteq̃; pręterfluat ho ra, perlectum dabit, & mox ſi volet togã da bit cordillis librum: ſed talos iactas ſi quan-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

do, ſi rapaci caniculę ſtudes, nec fugis aleas, & tamen horas has nō defles: quęſo ne te peniteat noſtri: neqꝫ tam feras egræ dodrantis diei iacturam: enim vero ſi narrationis tractationisqꝫ mod⁹, atqꝫ id, quod noſtrū eſt, minime arriſſerit tibi, at iuuabit te argumētum & materia de qua agimus. Nam per deū immortalē, quota pars eſt in medicina hęc, q̄ pręparare docet humores? adeo multiplicis eſt vſus, vt quam illi alteram anteponā, haud ſciam. Nam quid refert de expurgantium medicamentorum vi & temperatura, plurima habere explorata, ni prius ꝓbe noris, vtrum humores vacuandi, multa ante cura ſint pręparandi, an potius ante omnem pręparationē, q̄ꝫ primum expellēdi? Etſi quidam veniant pręparandi, q̄ꝫdiu inmorari liceat in eorundem pręparatione: nūquid prętereundus eſt dies tertius, an ſecus? plures, videlicet, expectādi ſint dies, quo ad integram manifeſtamqꝫ coctionē nanciſcantur ſucci, an minime? Pręterea ſcire quibus id peragitur medicamētis quibuſue cibarijs & vitæ ſtudijs: quin etiam egrotantium naturas conuenit habere ſatis exploratas: nam ſi non pręparatis prius humoribus properaueris ad exhibenda expurgantia medicamē

ta, aut

Cultura y Deporte

ta, aut in vitę diſcrimine conſtituet miſerũ, aut torminibus cruciabit, aut certe longam ac diſcuti difficilem diſpoſitionem illi conſiliabit. Quas ob res volui capita omnia in vnum colligere, q̃ de pręparãdis ſuccis ſunt In qua re videor mihi ſaltim hoc feciſſe nõ omnino in vtiliter, ꝙ congregaui omnes rationesquęcũq; in hac materia ſolẽt diſputari in gimnaſio Cõplutenſi, memini enim olim cum actus meos ad doctoratum ago dũ per ago curſ9, me pro magiſtris meis ſubſtitutũ egiſſe. Dum illi aut minus ſecunda valetudine fruerentur aut compluti abſuiſſent quacũq; de cauſa, mihi credere ſoliti erãt interea tẽporis & cathedrã, & diſcipulos. Accidit autem vt hęc materia de præparatione humorũ, vulgo de digeſtione dicũt, exponẽda atq; enarranda incideret neq; tñ erat auctor qui eam fuſius, atq; agnoniſtice, vt ſcis materias haſce in ſcolis agitari, tractaret. Propterea magni ſtetit mihi tunc eam legere nã diſtractus alijs ſtudijs dum actus meos pręmeditor, dum argumenta paro aduerſus alios candidatos, nõ poteram niſi magno cũ cruciatu ex vaſtis Galeni libris comparare mihi q̃ huius materiæ diſcipulos creditos mihi, docerem: pręterea poſtq̃; iam adeptus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſum lauream, & ſum creatus doctor, quoties per vices eueniebat mihi pręſidere in cathedra, dum ſtudens aliquis actum ſuſtineret etiam de hac materia certabam. Et mirabar de ea nullum eſſe opus editum, cum ſint plura de q̄ plurimis alijs materijs ędita, & de quibuſuis quiſquilijs moroſi ſcribantur libri. Propterea omnia, tum q̄ ſub id tēpus diſputabātur tū q̄ poſtea per me ſum in Galeni lectiōe rimatus ea in hoc volumine cōpilaui in gratiam ſtudioſorum: quod ad rē tamen attinet Auicenę, q̄ videlicet in hac noſtra diſputatione viſus fuerim in Auicenā, iniquior iudex, non primus hoc auſus ſum. Præterea & maledictis abſtinui modeſtusq̄ ſum: dum per celebrem virum perago reū. cum aliqui ipſemet in Galenum ſępe ſit iniurius neq̄ vero id, fateor, feci vt Auicenę manes pię colerem: ſed propterea volui temperare: q̄ viderē eximios viros in arte medica famoſos profeciſſe ſub auicenę ſcriptis inter quos tu vnus idemq̄ primus es: quiq̄ feliciſsime ſub hoc vexillo militaſti. Et quidem euoluenti mihi tuos libros: & per omnes paginas & ſingulas lineas moroſe cunti nulla occurrit margo quæ non ſit tuis anotationibus etiam in tergo ſcripta: nulla linea

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quæ nō ſit ſubtenſis obeliſcis notata ex qua lectione rariſsimam hanc eruditionem, tibi comparaſti. Ergo in tuam gratiam primū. Deinde etiam vt medicos quoſdam vetera nos ciues noſtros reuererer nolui in auicenā contumelioſis verbis inuehi nā qui tā eximios alit medicos profecto indignus eſt qui a quoquam contemnatur, præſertim qui euertit doctrinā Auicenę qui calumniatur illius placitis, qui irridet & ſubſanat illum: iſte aperte carpit illius emulos & ſequaces omnes, et in viros tam momentaneos inurbanus deprehenditur & ſunt q̄ꝫ plurimi Galeni imitatores qui dum de arabibus loquntur nec voci rę qꝫ parcunt, ſed eos vocāt barbaros pigras lacunas & quid non? Ego aliter faciendum mihi perſuaſi, habendam eſſe Auicenę rationē cuius ſcriptis ego multum profeci in medicina, quem legi totum & alios docui quem tu etiam ſequutus diuinas, ac mirabiles facis in arte prędictiones q triginta plus Annos inſumpſiſti ī eo, dū maiora miracula & curationes difficiliores q̄ꝫ olim Galenus de ſe narrat, perficis & tamen nullum aliū ſequeris ducem, q̄ꝫ Auicenam probaturqꝫ exteris factis illius doctrina, & merito, nam quid quęſo differunt Galenus,



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

atq; Auicenę cum hic de illo, cuius nos di-
cat, interpretes ſumus. Et conferenti doctri-
nam vtriuſq; interſe id magis conſtabit, ni-
hil enim videntur differre niſi ꝙ arabes epi
tomen facit græci alioqui aſiani: mihi certe
qui in illius alitus ſum atq; enutritus ſcri-
ptis, in huius etiam comentarijs diu luctatus
ita de auctoribus iſtis iudicare viſum eſt: diſ
putationē eo candore facio, vt nemo de me
queri poſſit, quare tu indulgentiſſime
pater decus noſtrum etiam hu-
maniſſime lector boni cō-
ſule & viue diu felix
Idibus Martijs.
Anno. 1546.
Hiſpali.
Vale.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# DE HVMO
## RVM PRAEPARATIO-
## NE ADVERSVS
## ARABES.

GALENVS, MEDICORVM
omniũ iuxta atq; philoſophorũ poſt
hipocratẽ lõge doctiſſimus: adeo exqſito eſt
vſus in comẽtarijs ſuis dicẽdi ſtillo, admira
biliq; ordine, vt lectorẽ requirat: ſi nõ tã (vt
ille erat) abſolutum, ſaltim qui diſciplinas fe
re omnes deguſtarit. Hac de cauſa nulli non
hallucinãtur impinguntq; in illo, depraua-
tęq; eius lectionem interpretantur. Varius
pręterea, inconſtansq; videtur eius ſcribẽdi
modus, tum in alijs, tũ in hoc loco, de quo
nobis eſt futura pręſens diſputatio. In præ-
parãdis enim (quos vacuare eſt animus) ſuc
cis putant iſti nunc attenuando, nunc aduer
ſo cogendo, atq; incraſſando, procedere Ga
lenum. Qua in re volunt iſti cũ Galeno con
ciliare Auicenam: & ſunt quidam ex hijs tã
nimium pacifici vt inter pugnantes ſenten-
tias, inter Verum videlicet & falſum, inter
affirmationem & negationem, laborant pa



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cem componere, quare hoſce nouos conci-
liatores, cum ſuo illo Petro albano, de me-
dio ſtudiorum tollerem, & medias inter a-
cies Turcarum inde, inde Chriſtianorũ, ad
diluendas veteres inimicitias collocarẽ. In-
terea erroris ſui illos volui admonere, quod
vt (quo cõmodius aſſequar) humili vtar ſer
mone, quo huiuſmodi quęſtiones in gimna
Diſceptatio ſijs agitari ſolẽt. Ergo ponã prius (quod diſ-
cutiẽdum inſtituri) probleuma nudum, &
(vt aiunt) in terminis ſuis. ¶ An in oĩ mate
ria nociua, minime reducibili, ad vacuatio
nem apta, quæ in genere venoſo reſidet, mo
do cõmittat febrem, hanc medicus perpetuo
attenuare, an etiã viciſſim incraſſare habeat.
Quam quęſtionem elucidare decreui, dua-
bus potiſſimum de cauſis. Altera, quod ho-
minum ſalus ſemel amiſſa, hac ratione reſar
citur: ſi quidem ex arte humores noxij præ-
parentur. Altera, quod video omnem arabũ
turbam (qui ipſi tirannidem exercent in cor
pora noſtra) fediſſimę labi. Qui quoſdã te-
nues, ac pręterea diſſipari idoneos ſuccos ma
le incraſſant, eoſdemqꝫ ineptos ad expulſio-
nem reddunt. Auicena ergo ambiguus eſt.
ac in quamlibet partem mutabilis. Galenu s
perpetuo vnum ſeruat ordinem & modum

Ille quidē prima quarti capite ſeptimo, inter initia hęc (inquit) digeſtio quidem ingroſſa, eſt ęquatio eius cum ſubtiliatione, & in ſubtili, eſt ęquatio eius cū ingroſſatione. Hāc ſententiam ex Galeno, ille quidem vt reliqua omnia ſui canonis mutauit: in aliam tamen rem accepit, atq; ille dixit vt iā enodabimus Vtrum vero digeſtio ſit ęquatio, an vt ad expulſionē pręparatio, ipſemet Auicena ſeſe explicat eodem in capitulo, inquiens, & tu non auſcultes Virū, qui exiſtimabat, quod intentio indigerēdo eſt ſubtiliare: & humor calidus eſt ſubtilis: quare non eſt neceſſe vt ſubtilietur, res enim non eſt ſicut dixit, imo intentio in digerendo, eſt equare ſubſtātiam materię, ita vt fiāt pręparata ad expulſionē facilem, & ſubtile imbibitum & groſum fixum, & viſcoſum adherens, totū illud non eſt pręparatum ad expulſionē facilem: imo eſt neceſſe vt īſpicetur ſubtile, et ſubtilietur ſpiſſum paulatim, & incindatur viſcoſum hæc ille. Neſcio nempe qua ratione opinionem conſonam Galeni mente refutat, potius ſua refellenda erit q̄ placitis Galeni obuiat, vt mox dicemus ceterum eodem capite particulariter loquitur de humore colerico: ſubtili (inquit) humoris colerici digeſtio eſt, vt



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

conuerſus a ſua ſubtilitate, fiat ſpiſſus, aqua frigida facit illud. Hanc propoſitionem vtcunq; Auicena a Galeno cœpit, cũ aliter Galenus ſentiat: quæ omnia proſequuntur.

¶ In hunc autem modum noſtrũ opuſculum diſtinguemus. Primo, teſtimonia quædam, ſi non omnia, ex Galeno producã, & quę fuerit Auicenici erroris occaſio. Secũdo aliqua notanda tũ aduerſarijs ipſis cõceſſa, tũ etiam veritati cognata dicam. Tertio argumẽta aduerſariorum proponã, moxq; confringam ac cõfutabo. Poſtremo q̃ ſit potior ſententia, & rationi naturali, & Galeno cõformis, luce meridiana clarius aperiam.

¶ Primum teſtimoniũ, legitur pręſagiorũ libro ſecundo, comentario trigeſſimo. Colore (inquit) diximus modice croceã eſſe debere vrinam naturalem, ita etiam modice ſe haberi debere in cõditione, nec ita tenuẽ eſſe quemadmodum aqua, nec adeo craſſam, vt aſſimiletur vrinę iumentorum.

¶ Alterum, in aphoriſmorũ ſectione quarta ſententia ſexageſſima nona, quę enim ſecundum naturam (inquit) ſunt, non ſimpliciter tenues exiſtũt: neque craſſę, ſed medium tenent, inter vtrũq; exceſſum, hæc Galenus.

¶ Omnia enim quę cũq; natu ra conſtant

ipſa medium ſuum modumq; tenent, quẽ vltra citraquæ nequit conſiſtere rectum, ita ego cum contemplor vrinas quandam aliã fingo mihi naturalem vrinam quam ſemp in mei cordis ſcrinio repoſitam habeo, ad quam comparãs conferenſq; quãuis obuiã allatamue vrinam, quantũ a naturæ ſire modo exceſſerit illa quæ, ofertur probe coniecto, quod ſane conſilio illius, quem ſua mirata eſt, ſequens mirabitur ætas facimus, in cuius laudes vix me continere poſſum quim prorumpam. Sed his omnibus omiſſis ſcopum ipſum attinguamus.

¶ Aliud teſtimonium in libello de artis cõſtitutione medicinalis legere eſt: docẽs enim nos Galenus aduẽtum morbi, atq; iam iam inuaſuri, præſentire, multo ante quam inuadat, ſi corporis (inquit) tumor, aut macies, aut pallor, pigritiaq; ad motus, vel ſõnolẽta diſpoſitio, vel in ſomnia a ſuntionibus vitæ adminiſtrandis, abducere haud ſufficiũt, ac multomagis appetitus, deiectus, vel intentus ciborum. Ambo namq; nõ exate ſano proueniunt corpore, ſubinferẽs non multo poſt, correctio autem efficientium ea diſpoſicionum ſummatim præſtringenti per contraria (vt ſupra oſtenſum eſt) obitur, particula

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tim vero perſequenti, ſuperfluū vniuerſum
euacuare cōuenit diſtinctione quomodo ſu
perfluum ſit, vtrum aut quantum, aut
qualę, an vtrunq; adhibita, quod autem red
dere in naturalem ſtatum valet, alterare per
contraria, craſſum letumq; attenuādo, tenuę
incraſſando vtraquę comuniter coquendo.
¶ Eſt & aliud in libro de ſectis prope finē
ad eos qui introducuntur, in oculo (inquit)
humor interdum fluere poteſt, nō quod nul
la ſit in parte ipſa, amodo naturę facta mu-
tatio, ſed quod fluens materia, vel multa ſit
vel tenuis, vel a natura per hanc partem ex-
pulſa. Oportet igitur fluentem materiam, ſi
tenuis eſt, craſſam reddere, ſi multa educere
conatū naturæ: ſi oportunus ſit, admittere.

## EST ET ALIVD TE STIMONIVM.

¶ Quarto etiam de regiminę victus comē-
tario quarto in morbis acutis, coctio (īquit)
omnia incraſſat cogitq;. Hæc Galenus, Aui
cenas tamen, cum eſſet edoctus medicū natu
ræ eſſe debere ſimiam, adminiculatorē, &
miniſtrum, putauit perpetuo imitandā eſſe
naturam, ſubiungā ſimilem, aut eandē ma-
gis ſententiā, ſecunde prędictionum comen

Educación, Cultura y Deporte

tario trigeſimo tertio: coctio (inquit) craſſiorem reddit non ſolum vrinā, ſed etiam deiectionem, quoties bene in ventre cōcoquitur in excreationē, in pulmonia & coſtalij atq; etiā pituitā per diſtilationē, & grauedines, necnon per lippitudinē & pus in vlceribus.

¶ Galenus Pauli æginetę teſtimonio admirandus, vndecimo libro de curandi ratione θεραπευτικὴ μέθοδοῖ ſcripto, ſuccos incraſſare, cutim denſare, atq; euaporationem prohibere iubet: in ſuos centones tranſtulit Auicenas hanc ſententiam, quarta primi capite primo ad finem. Cumq; vehemētia caloris mēbri, tibi nocumentum fecerit, nutri exeo, qđ ſanguinē incraſſat: dices nullo modo poſſe hāc diſtorqueri, quā nūc recitaui autoritatem, ac ex cōſequenti non poſſē nouam condere opinionem.

¶ Hactenus teſtimonia recitauimus ac poſtquā primū (quod faciendum polliciti fueramus) vt cunq; præſtitimus: iam ad ſecundū properare, nonnulla antea præfati ne te morer duximus. Ergo Galenus in recitatis iā locis, modo ingraſſare iubet, modo attenuare, quare nos fruſtra laboramus, ſi ab eo, ac auicena diſcedere tentamus. Rectius enim multo Auicenas, qui pedib⁹ manibuſq; iniūctis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Galeno ſubſcribit, ac generalem quandā & vniuerſalem facit propoſitionē, quātæ poteſtatis ſint iſta iā breui explicabo modo lucubratiōes attētius nr̃as legas. Nā etſi videas, cōpertumq; habeas, arabes omnes in nos cōſpirare. Vnus tamē eſt Galenus pro multis millibus: cuius tutatus clipeo, facile eorū tela ſuperabo itus ſunt q̄ legis omnia, quare quātū in te eſt benigni interpretis fungaris munere.

## SECVNDA PARTICVLA notanda continet cōfunditur coctionis condigeſtionis nomine.

¶Secundum quod in diuiſione opuſculi faciendum polliciti ſumus, id iam bonis auibus agrediamur, id erat, videlicet notanda quædam præmittere, quo facilior nobis aditus detur, & ad Galeni ſententiam perſuadēdam, & ad diſuadendam Auicenę: primū coctionis nomenclaturam exponendā curauimus, quod (ſcilicet) ſignificet coctio quam habeat notionem, quam demū rem intelligamus, ac in animo concipiamus, audito nomine coctionis. Id conſilio facimus Galeni, tum in multis locis ſuorum comētariorum tum tertio libro de accidenti, & morbo. Iu-

bet enim ſingulis rebus, ſingula nomina, grę cis vſitata & propria imponere, ſi enim vnũ nomen, plures res ſignificet, confuſam ac obſcuram facit diſciplinam, & in ſermone ſofiſmata cõſiſtent. Secũdo de locis paſſis eiuſdem nos admonet pręcepti. Quare nos attenti, ad huius nominis variam ac impropriã acceptionẽ, q̃ aliter accipitur a Galeno, quam ab iſtis gloſematatijs, hinc auſpicari dignum arbitramur.

¶ Coctio ergo, non apud recentiores medicos modo quicunq; latini ſermonis ſunt ſtudioſi, ſed & antiquiores (qualis eſt celſus) idẽ ſignificat, quod apud aliosnomen digeſtio. Quarto etiam de regimine victus in acutis noua verſio, coctio omnia agit. Antiqua lectio, digeſtio omnia (inquit) incraſſat, quod illi coctionem, iſti digeſtionem, ſatis improprię & inepte dicunt.

## DIGESTIONIS VSVS APVD GALENVM.

¶ Quid digeſtio, quid coctio, apud Galenũ in noua ac vera verſiõe ſignificẽt, breui pręſtringã. Primo libro de ſimpliciũ medicamentorũ facultatibus, digeſtio eſt ſuccorum reſolutio & diſſipatio, quemadmodũ vide-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rę eſt, capite ſecundo; dum diſtinguit res, q̃ per ſe, & primario, ab his quę agunt, ex accidenti contrariam inducendo qualitatem: calida quoq; (inquit) aqua, ſępe numero refrigerat excalefacientem humorem digerēdo, ecce q̄d digeſtio eſt auocatio reſolutioq; humorū, ſecūdo eorūdē comētariorū libro, capite decimo octauo: ſane euidens, luceq; clarius omnibus hominib⁹ eſt quod frictio ex oleo magis quam ſicca, laſſitudinem auſert, corporaq; emollit, cohibens ocludēſq; quidquid ė nobis foras fluere eſt natū haud quaquā digerens & exſiccans, hęc ille, in libris preterea de curandi ratione, pręſertim libro ſeptimo id repetit, quare reliqua dicere, ſuperſedeo, ne vos detineā digeſtio etiā alimenti, eſt in vniuerſum corpus diſtributio.

## COCTIO ALTERATIO quędam eſt, digeſtio vero motus.

¶ Coctio quid ſit trita & vulgata Ariſtotelis in meteoris ſententia oſtendit: eſt (inquit) perfectio in vnoquoq; humido, a proprio & naturali calore, ex oppoſitis paſſiuis obtinendo: quę diffinitio quā ſiniſtre interprętetur a nonnullis, & quā fęde labātur illi, ego aliquando maiori ocio diſputabo, in tem

prꝫſentem ſat ſit dicere, biſariam accipi co-
ctionem, aut enim pro rei ſuę formæ cōple
mento ſumitur: quę trāſmutatio eſt: aut etiā
pro rei termino cuiuſdā alterationis ſpecie,
in qua acceptione deffinitur a peripatetico:
ergo non vnam & eandem rem ſignificant
hæc nomina, ſed varias atqꝫ diuerſas. Qua-
re male video, alterum pro altero ſine diſcri
mine poni, ab hiſce gloſematarijs: præterea
legitur tertio libro artis paruę tegni, vulgo i-
ſcribitur: eſto enim (inquit) ſi iſta contigerīt,
in humoribus putrefacientibus, accēdi febrē
indicatio eſt in huiuſmodi, euacuatio atqꝫ
alteratio, hæc quidem quę putredinē finiat,
manente adhuc ſubſtantia, euacuatio vero
quæ totam ex corpore ſubſtantiam ęducit.
Sed dicta q̃dam alterati ōis ſpecies cōcoctio
exiſtit, hęc ille, quibus verbis coctionē deffi
nit, inquiens eam quādam eſſe alterationē, q̃
vt contrariā qualitatem (nempe putredinē)
expellit, ita contrariā inducit nempe coctio-
nem, ab Ariſtotele merito perfectionē dictā:
pręterea quod vt putrefactio corruptio eſt,
ita coctio eſt, generatio q̃dam atqꝫ perfectio
quare fulginei de hac re comēta, putrefactio
nem & digeſtionem ſimul procedere dicē-
tis velut egri ſomnia vana relinquo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## QVAE COCTA QVAE etiam cruda dicantur.

¶ Ad hoc facit, quod Galenus ſecũdo de regimine victus in acutis dicit, commentario quadrageſſimo quarto: coctio in ſuo vniuerſaliori ſignificato ſumpta, eſt cũ natura cauſis fortior fuerit, permutaueritq; eas ſuo robore, ex quibus infertur, quę nam cocta dicuntur ab Hipocrate. Galenus enim autoritate Hipocratis, ea ait eſſe cocta, quęcunq; excrementa a natura euicta ſunt, cruda vero, q̃ non ſunt euicta, itaq; cocta dicuntur excrementa, quãuis ipſa inepta ſint, & nõ idonea ad alendum & nutriendũ, talis eſt vtraq; bilis, quę licet nutrire nequeant, quia tamen a natura ſuperãtur, coctę dicuntur: paulo inferius Galenus inquit, & pus in flegmonis, q̃ concoquuntur fieri ait Hipocrates: quãquã pars nulla ex pure, alimoniã accipiat, velut accipit ex crudis appellatis humoribus, & pituita, quę reliquum perfectionis aſſequta, & ꝓrſus cocta, corpꝰ nutrire poſſũt: hęc ille.

## QVOD NATVRA SEMPER INCRASSET.

¶ Quare cum deprehendamus naturã, dum coqt panos abſceſſus, & excrementa omnia incraſſantem,

incraſſantem, cōtemplatione dignum videtur, qua ratione, quoue conſilio id faciat, deberet potius talia liquere, attenuare, & fuſilia facere, quā incraſſare. Huius eſt hęc ratio, qa natura non agit cum delectu: ſed in vnū opus ſemper eſt intenta, nec ad alteram cōtradictionis partem, habet facultatem vllam: ad eum modum, quo ignis, qui quęcūq; inuadit, omnia vrit, ita natura omnia cogit ac incraſſat, & tandiu eadem retinet alterando & conficiendo quo ad opus ſuum, & inſtitutū abſoluerit: agunt enim naturalia, ſecundum ſuæ potentiæ vltimum, terminus ergo ac finis ſuę actionis eſt, vt in ſui naturam omnia conuertat & transformet: nec antea ab ſe repellit, q̄ retinet, quam hunc fuerit nacta terminū, quā ſi minus queat huc pertinere, ac, quo poteſt, proprius accedit: mox aut aptū erat ad alendum id quod elaborauit, aut ineptum plane. Si quidem aptum, eius bonam partem, in ſui naturam conuertit, ſuperfluū (quod in omni ſemper eſt actione) expellit per aluum vrinas & ſudores &c. Ita agit, & cum ipſe homo bene valet, & ſuæ ſpōtis eſt, & appoſitum habet cōmodum alimentum quod conficiat: vbi vero nō ſed ineptū & (vt aiūt illi) nocuū, tūc totū expellit, ſed tūc



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

demum expellit, cũ prius experta fuerit ſuã coctionem, ideo criſes tunc fidę & ſecuræ q̃cunq; apparentibus coctionis ſignis proueniũt, hęc Galenus ſuo more, ſed maiori quã vnquã eloquentia, in libris de pręſagatione ex pulſibus me legere memini, ergo ordo facultatum naturaliũ non debet inuerti, ac prępoſtero ordine diſponi: vnde grauiter peccat, ſi aut ipſa natura antequã coxerit, expellat, aut medicus ſi antequã ſigna coctiõis appareant, properet ad propinandum expurgans medicamentum.

## DVM COGIT NATVRA, medicus fundit.

¶ Succos tã nocuos, quã innocuos, quos intra ſuę poteſtatis ambitũ intraq; ſpherã ſuæ actiuitatis contangit, hos omnes ſiquidẽ potentior cum ſit, proportionemq; hanc maioris ĩęqualitatis incraſſat & cogit natura: medicus non hac, ſed longe alia via, curationẽ agredi debet, nẽpe attenuãdo. Natura quidẽ errat, & in actione ſua, ceca eſt. Putat enim (ſi fingamus mentis participem) ſe poſſe deprauatos ſuccos, in ſui naturam conuertere: ideo hos incraſſat medicus, interea quod natura eos retinet, eoſdem enim ipſe attenuat,

Cultura y Deporte

cum ſciat demũ eſſe e corpore expellendos quamdiu natura retinet, ſuccos eos paratos reddit medicus ad expulſionẽ, vt cum illa deſierit eos, retinendiq; finẽ fecerit, et ſpõ te ſua abſc reiecerit, medicus eos iam attenua uerit, & contrariam in illos induxerit diſpo ſitionem, ab ea quam natura induxit, vt cũ ad metam properent ſimul, natura retinẽdi, & medicus attenuãdi, vt omni ex parte, cõ modiſſime, ac tẽpeſtiue ꝓpinetur inexpur gans medicamentum, ex parte quidem na turę, quod ipſa cędat, & ſpõte ſua humores remittat, ex parte medici, qui illos ſuſiles, & ad exitum idoneos, reddiderit: hanc naturæ pertinatiam, & hoc medici ſtudiũ, ſepæ ſo leo mecum admirari; qua in re, quã dextrũ, & exercitatum in arte, & in naturę contem platione medicum requirat hoc negotium viderint omnes.

PONITVR TRIPLEX CO ctionis acceptio ex ferrarieſeq etiã carpitur.

¶Iuuat hic inſerere quędam ex menardo, inquit enim triplicem eſſe coctionem. Vnã quidem, & perfectiorem, in his quę ita reci piũt, vt cõuerti in ſubſtãtiã partiũ corporis, idonei reddãtur, alterã, in his quę vitio non

q. ſi oximelitis loco, medicamentum aliud dare volueris, dabis eam quę ex marrubio, & iride fit confectionē, nēpe hęc ſi per ſe, cū mulſa bibatur, maturat & coquit probe, q̃ tum in thorace tum in pulmone ſunt ſupflua atq; ad expuitiones pręparate.

¶ Secundo idem Galenus, in libro de conſtitutione artis medicatiuæ, inquit, craſſa attenuando, tenua incraſſando, vtraq; coquēdo in quinto de compoſitione medicamentorū ſecundum locos, enumerat medicamenta q̃ vim habent concoquendi. Quarto in ſeptime epidimiarum ſectę tertię, comentario vigeſimo tertio, aut vigeſimo quarto (ſi bene memini) & vſum habere medicaminū, coquendi vim habentium: & aſtringentia dare, vt quod ipſa incraſſent ſuccos, veluti coctio, ergo medicamenta habent vim coquēdi: hæc non tam aduerſus Menardum volo eſſe dicta (nam fieri poteſt vt ipſę noſtræ aſſentiat opinioni) quam contra ſuum loquendi modum. Dum præterea dicit, & ille coctionem, nō artis ſed naturæ eſſe opus: quod coctio, cum ſit facultas animæ vegetatiuæ, non poteſt obiri ab alia re, quæ eadem non ſit animata, recte ait, verumtamen Galenus & Hipocrates ſaluentur, qui coquendi vim

habere dicunt oximeli, & meli ratũ, in infinitis ſuorum comentariorum locis ſiue id agant, aucto calore natiuo: ſiue alia ratione, ſaltim non ſunt reprehendēdi ab illo: qui dicunt ſirupos coquēdi vim habere: nam oximeli ſirupus eſt, ni mauis de nominibus cõtendere.

## QVOD APPARENTIBVS ſignis coctionis, non morſetur æger.

¶ Relicto menardo, ad inſtitutũ redeamus: coctioq; ſit a medico expetenda, contemplãdaq; vix queã dicendo cõſequi: ipſa enim ſtatum & cõſiſtentiam morbi indicat, ipſa optimam ſpem promittit, aut eandem auſfert: ipſa medicum quid acturus ſit, admonet, hæc omnia Galenus multis in locis, quã diſcertiſſimę diſerit: ſed adducam aphoriſmum, primæ ſectionis, in eo autem (inquit) morbum coctio abbreuiat, in laterali autem morbo, coctum ſcreatum, inter initia apparens ad ſalutem terminatum, iri morbũ indicat, & quidem, quã primum, qđ ſit ſignum certũ vim ſuperare, ac ſupra morbum, eſſe potentem dicit Galenus. Quim & criſium, primo capite quinto, ex his quę mox apparent, indicia ſumuntur, veluti in morbo late-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

catent, quæ tamen mutari in aliti ſubſtantiā poſſunt. Tertiam valde impropriè hoc no-men recipientē, primę finis eſt nutritio ſecū dæ naturæ victoria, tertiæ exacta, & cōmo da expulſio. Prima & ſecunda, ſimul tamen in materiam craſſam, tū in ſubtilē, indifferē ter agūt, tertia in craſſam & tenacem, quare non abſq; culpa increpandus eſt Auicenas, qui de hiſce tribus generibus, indifferēter lo cutus eſt, hæc ille, qui vt merito Auicenā car pit, ita ipſe venit taxandus, qui ait, tertiā co-ctionis ſpeciem, in craſſam, ac tenuē materiā, dumtaxat locum habere, quaſi tenues ſucci, qui vacuandi ſunt, non ſint aut a natura co-quendi aut a medico parādi, in morbis acu tis, qui a bilioſo, ac proinde tenui proueniūt ſucco, quot quęſo proueniunt quotidię ſide criſes in morbis, proueniunt autem poſſe coctionem ipſorum, pręterea & hipocrates, in libro de regimine victus, in acutis nonne agit de morbis, qui a tenuibus cōmitūtur ſuccis? & tamen propinat oximeli & melio ratum, poſtremo in tertio articulæ medici-nalis Galenus iubet, alterare, hoc eſt, coquere humores, eoſdemq; deinde expellere, en ex-pellendi ſunt iſti ſucci, et prius coquendi, quos quis negat eſſe tenues? aut affirmat, tan

tum eſſe craſſos. Nunquid ſi contingat iuue
nē febre corripi, quā accenderit, tenuesputre-
facti humores, alteratio, hoc eſt coctio, deide
vacuatio nō eſt intentanda? quid cū aut diſ
cedēdum eſt a Galeno, quare potius ab ipſo
diſcedamus, & meerito hominem alio qui
doctum, in hac re lapſum nota erroris incu-
ramus. Ergo quod nō ſit inuſitatus iſte mo
dus loquēdi apud Galenū (vt menardus pu
tat) iam nos e mille locis (quos adducere poſ
ſumus) duos aut tres dumtaxat, in medium
producemus, relictis alijs (ne lectorem in re
tam leui morer) verumtamen, nolo in pręſen
tiarū diſputare, an coctio ſit facultas poten-
tiæ, & animæ vegetatricis tātum, an ſit etiā
& aliarum potētiarum inanimatarum, quā
doquidem, ſol & homo generāt hominem,
generat autē ſol, pręuia coctione, & balnea
etiam coquunt, vt inquit poeta, pauonē cru-
dum in balnea portas, ſiue id fiat per pecu-
liarem virtutem, ſiue quia internū calorem
adaugent, non curo; nam huius rei aliquan-
do oportunior dabitur diſputādi locus. Sed
tamen volo oſtēdere ex Galeno quod hic lo
quēdi modus oxi melli mulſa coquit i hūc
modum fuerūt illi in vſu primo de regimi
ne victus cōmitio, vigeſimo ſeptimo inquit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

raſi, ſi ſputū ſtatim appareat, incipiente mor
bum faciat breuiorem, ſi vero poſterius lō-
giorem, & vrinę & alui excrementa & ſu-
dores, vel bene vel male finiturum, & longū
vel breuem futurum morbum, cum appa-
ruerint cōmonſtrabunt, hę quidem in apho-
riſmis a hipocrate ſcribuntur, & in primo li
bro epidimiorū, & omnes (inquit) coctiōes
vbiq; eſſe oportunas, & bonos indicatorios
abſceſſus, oſtēdere: deinde ſubinferens ait, co
ctiones celeritatem iuditij, & ſecuritatem ſa
nitatis oſtendunt, dixit preterea Galenus, ſpu
tum perfecte coctionis, ſignum eſt, quando
album fuerit, & lene, & ęquale, conſiſtentia
neq; nimis humidū, neq; nimis craſſum, eo
dem modo integram cruditatem, oſtendit:
quādo nullo modo expuitur, paulo inferius
inquit, ſignū vero coctionis nullum vnquā
prauū fuit, ſed optima omnia ſemper, & tā-
to citius ſanitatem recuperaturam oſtendūt:
quanto citius apparuerint: ab hoc igitur in-
ditio, tota medicinæ ars pendet, ab eoq; pe-
ritus medicus, mirabilia in arte prædicet, ex
eo ſigno venturum ſtatum perſentimus, ſa-
lutem vel mortem præſagimus, longitudi-
nem vel breuitatem morbi, pręterea criſim,
& eiuſdem criſis ſpetiem pronuntiamus, ſta

tum etiā præſagimus,ac præcognoſcimus,
& omnem victus ratione͂,ad ipſum intue-
tes,inſtituimus:ſicut inquit Galenus,primo
criſium,capite tertio.Hæc omnia nobis bo
na ſuppeditat cognitio coctiōis.Coctio ergo
modis omnibus eſt comprehendenda, arte
primum,mox ex perimento deprehendēda
adamuſim,hoc faciat medicum(vti dixi)ge
neroſum,& in arte certum & deſtrum non
dubium ,nō allucinantem in morbis,diſcat
igitur licebit in libro de criſibꝰ hęc oīa ſi ſcit
amator verus predictionū,ſicut inquit Gale
nus,ſecūdo prædictionū cōmentario tertio.

## EXPLANATVR CIBORVM inſtitutio.

¶Quia ad huiuſce rei materiā deuenimus,
inuitante quadam ſermonis conſequentia,de
tegamus vnum,aut alterum errore͂ medico-
rum cōmuniter practicantium,alterū in in-
ſtitutione victus , nā nihil videntur iſti diſ-
ferre adiatritarijs illis, quos Galenus, vbiqꝫ
locorum taxat,iſti enim ,cum prima die
ad ægrotum accedunt,ſtatim imperant inæ
diam,lenticulam decoctam,aut quaſdam in
coquit herbas,betam,aut maluā , deinde cū
inſtat ſtatus,cū vires defectæ ſunt,cū agen-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

& certamen creſcit, tunc (quo victoriam de naturæ manibus ſurripiant) cibo copioſſiſſime indulgent, naturã onerant aut alio auocant atq; indiuerſa trahunt, non tacendum facinus, nos longe alia via inſiſtẽdum duximus, admonendoſq; medicos, vt hipocratẽ atq; Galenum, in re tãti momẽti conſulant. Quare ex monumẽtis ipſorum, eruamus aliquam hiſtoriam, qua facilius ab hac narratione nos expediamus, & ad alia properemus. Inuadat quẽpiam febris acuta, quę aut in ſeptimo conſiſtet, aut in quatuordecimo, aut vigeſimo, ſiquidem ad vigeſimũ morbus prorogabitur, & tandem conſiſtet: ego primis diebus oſas carnis offerã, nempe ferculum ex pullis gallinaceis, ſed cum iam aduenia t vigeſſimus, per aliquot ante dies, cibos hos ſubtraham dabo ptiſanam aut albũ ius, ipſo die quo iudicium ferendũ eſt, omnẽ prorſus ſubtrahimus cibũ, ſic ſolemus nos victum inſtituere, cum cõiectamur ad vigeſſimum peruenturum morbum, ſi ad quatuordecimũ primis diebus ius, atq; extrema pullorum gallinaceorum, non carnes ipſas imperamus, ſi ad ſeptimum ptiſanã tantum, ſi ad quartum, omnimodã inędiã, hoc eſt noſtrũ conſilium, hoc ſtudiũ a Ga-

ſeno acceptum: & ab hipocrate inquã pluri mis locis quos recitare longum eſt.

## QVI SIRVPI SINT PRO-
pinãdi & ipſorũ vſus exponitur.

¶Quo pacto inſtituat victum medicus qui expert⁹ eſt & arte hipocratis dignus, iam di xi, quo autem modo corpora purgãda pre- parare conueniat, conueniẽter dicam. Sunt ſane variæ ſiruporũ confectiones in offici- nis pharmacopolarũ. Sunt quidem ad mul- tos idonei vſus in medicina, ad importũas tuſſes ad pericoulofas diſcenterias, ad contu maces opilationes. Aiunt enim aliũ eſſe, di- geſtium colære ad reprimendũ ebulitionẽ, & hũc aiunt debere eſſe frigidũ, alium di- geſtiuũ flegmatis, præterea alijs vtendũ eſta te alijs hieme, has temporũ ac rerũ diſtinctio nes, non vidi apud Galenũ, ſed ipſe nũc me licratũ nũc oximeli propinat, incoquit ori ganũ, traoriganũ, pulegiũ, aliaqꝫ huiuſmodi cibos autem ptiſanam parat, exaneti ſemi- ne ac porri ſucco incoctis, neotericorũ me- dicorũ digeſtiui s nuſquã deprehendes v ten- tem galenũ, ſed attenuat ſuccos & vias reſe rat, feruentem autem bilem non reprimit, vt iſti putant, imo magis feruere facit: por-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſecto melicrato in quo decoctũ fuerit aliqd origani: ſi non ad attenuãdos ſuccos, certe ad reſerandum vias atq; meatus, quibus iter erit, humoribus pellendis, hoc eſt praeceptum Galeni.

COCTIONEM PLVRIMVM conferre ad praecognoſcendũ ſtatum morbi datur ratio, ob quam dies quartus rariſſime decernat.

¶ Conſilium noſtrum in inſtituendo victu inq; propinandis ſirupis diximus, nũc breui quidem epilogo colligimus, quęcũq; de ſtatu doceat Galenus, per coctionis ſigna libro primo de inditijs, vbi inquit, ſi in vrinis, coctionis ſigna primę ſtatim die conſpiciantur, morbus in prima quarta terminabitur: in febrilibus enim morbis, vt qui in venoſo genere reſideant, contemplandas eſſe vrinas docet Galenus, vt quod intus etiam febrium cauſę latitant prędictionum etiam tertio, tertio cõmentario, & iuditium tertio mitiſſimę (inquit) febres, & ſignis firmatae ſecuriſſimis quarto die, aut etiã prius finiuntur. Per ſigna autem ſecuriſſima, ſigna coctiõis intelligit: ſed hic eſt locus dubitationis, nam qua de cauſa primus decretoriorum dierũ,

quartus ab hipocratæ quidem numeratur deinde a Galeno, cum tamẽ rariſſime decernat? Adeo vt bis ab archigene, a Galeno ſemel tantum deprehenſus fuerit iudex; quare cõſtituatur iudex, qui nũquã decernit? qui nunquã iudicat? apud Galenum diluitur cauillus, in cõmentarijs de diebus decretorijs. Quod enim morbi acuti p impares habẽt ſuas acceſſiones: iuditia enim in acerbationis diebus proueniunt, cauſa hęc eſt, vt rariſſime decernat quartus quamuis ipſe vi polleat, & facultate iuditij, peruertitur tamẽ ordo ob violentiam acceſſionum, aut aliam quampiam rem extrinſecus aduenientẽ, hęc omnia fuſius illic Galenus, nos ad rem redeamus. Diximuș dę criſi futura prima quarta, eadem ratione deprehendemus, criſim futuram die ſeptimo, die quartodecimo, die vigeſſimo, & de reliquis ad proportionem, nã vbi ſigna coctionis non apparuerint die prima, ſed tertia aut quarta, criſim futuram die ſeptimo iudicabunt: ſin neq; his diebus ſed ſeptimo apparuerint, tũc criſis perueniet decimoquarto, & ſic de reliquis, ad proportionẽ, hac de cauſa Anaxionis in longos dies porrectus, eſt morbus, quia in longos dies diſtulit coctio, & retardauit, primo aphoriſ

morũ aphoriſmo duodecimo magnũ hono rem ergo nobis comparabimus ſi attenti fue rimus ad dignoſcendã coctionem: nam qui ſtatim cum accedit ad egrotum, & vrinas cõtemplatur, et reliqua ſigna ad amuſim per pendit, vaticinatur morbum longũ aut bre uem fore, ſi quidem gloriæ ſit auidus ma gnam nanciſcetur inde.

## OXIMELI, AVT AMPLIVS mulſa vim habent præparandi.

¶ Ergo in omni euentu, omni tempore, eta te, regione, temperatura, humore ſine vllo delectu, quãdo nobis animus eſt humo res e corpore per expurgans medicamentũ vacuare, eoſdem humores & corpora ipſa quæ purgaturi ſum⁹ ad eum quẽ diximus modum, præparare ſolemus, & merito id facimus, qui tantum habemus autorem Ga lenum, propterea nonne practicantium vul gus cum opilationes diſcutere vult, ad vnũ de radicibus, aut de biſantijs confugit, ſiue curet ſenem, ſiue iuuenem, virum aut fœmi

nam, flegmaticum aut colericum, hieme aut ſtate, & facit iure ſuo, ita nos iure noſtro facere videmur, qui parare volentes corpora ad purgationes, ad vnicum oximeli confugimus: ſiquidem qui id efficiant per pauca ſunt, inquit Galenus, ſatius autem fuerit, ſi totam lectionem ex octauo de curandi ratione libro huc ſcribam. Vbi vero (inquit) modice vacuaueris, aut multo poſt, aut nutrimentũ aliquod, aut pharmacum ex hijs quæ detergant exhibebis. Sunt porro non multa quæ in febribus id pręſtant: ſed ſicut dictum prius eſt, in alimentorum ratione ſunt, ptiſana & mulſa, in pharmacorũ oximeli, & quæcunquæ incoquere in mulſa licet, ſeu calamītham, & hiſopum, & origanum & ſerpillum, & irim & apium: verũ hæc omnia iuſto ſunt calidiora, ideoquæ febres accendunt ita vtiq; vt vinum, oximeli vero ſolum, nec febres accendit & ſtrenue detergit, ſic vt ea quæ glutinoſa craſſaq; ſunt diſſoluat, & meatus obſtructos liberet. Hæc ille, quibus nos inſtituit, ne fruſtra laboremus inconquirendis conficiendiſue, ac conſarcinãdis tot ſiruporũ cõpoſitiõibus ac cõpoſituris potius, ſiquidē in tota rerũ natura

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

non ſunt, pręter hæc quę memorauimus, q̄ id efficiant, docente illo naturæ interpræte Galeno.

¶Iam colligimus quę diximus, ſi coctionis ſigna apparuerint, & perſeuerauerint, & non decreuerint, ſed in dies magis magiſq; emicuerint, impoſſibile eſt egrum moriturum eſſe. Deinde hæc coctionis ſigna, in vrina eſſe veſtiganda. Poſtremo vrinam ſaluberrimā habere in promptu eam, videlicet eſſe optimam, quę vrinę ſanorū fuerit ſimillima, quęcunq; non eſt talis, ſimpliciter incocta eſt, vel propter hoc eſt perniciosa: coctum igitur & incoctum, vt nomine nō differunt, ita neq; genere: plurimam vero in eo quod magis aut minus differentiam habeāt quæquidem optime cocta, in his, quæ ſupremum ſanitatis gradum obtinent, conſiderare oportet, talis eſt ſubruta, & ſub flaua & quæ in conſiſtentia modum mediocritatem quæ habēt, hæc ſunt quæ notare & prę libare īuuit, ſitq; ſecunda noſtri operis pars vtcūq; abſoluta, & ad tertiam accedamus, in qua tractabimus locos quoſdam ex hipocrate & Galeno, qui aduerſus hanc noſtram aſſeuerationem videntur militare, quibus ſolent arabum ſequaces impetere nos. Tractabo autem

subrub^o

bo autem rem more alio. Quam gloſematā rij ſolent, relictis ſuis argumẽtationibus, cū ſexcentis, ait Eraſmus, replicis.

## TERTIA OPERIS PARS ARGVMENTA ADVERSARIORVM ET NOSTRAS CONFVTATIONES HABET.

### LOCVS GALENI INCRASSANTIS ET DENSANTIS CVTIM.

PRIMVM OMNIVM ADducemus locum ex Galeno libro ſecundo, de curandi ratione, vbi aperte iubet incraſſare, habet autem lectio ipſa in hunc modum, deniq; omni ratione agendũ vt & ſuccorũ materiam craſſiorem reddas, & cutim denſes & exhalationẽ inhibeas, hęc ille, quo loco febrem curat, quã extarint ſucci viciati, & ſua tenuitate vicioſi, quos iubet ille omni arte, omniq; diligentia quãprimum craſſos reddere & lentos, vocatur autem hoc febris

D

genus vulgo ſincopalis minuta, hoc eſt vali diſſimū illorum argumentum, quo ſe defen dunt, ſatis armatū eſſe, gloriari ac iactare ſo lebat, ex magiſtris noſtris quidam, qui hūc locum recitabat, aliquando applaudentibus nobis omnibus, ille voce ſublata ad ſydera vultu minaci, vibratis hinc inde atq; iacta tis manibꝰ, ſtrepētibꝰ pedibꝰ, ſed quā facile ſit hanc rationem cōfutare, vno verbo dicā, Galenus enim hic intendit ſuccos retinere, quare merito incraſſat eos, nos diſputamus de humoribus quos vacuare oportet, quos attenuandos dicimus, ille vacuationem pro hibet, nos eam celebramus.

## AVICENAE LOCVS DE INbibitis obtenuitatem ſuccis.

¶ Altera ratio illorum eſt, dicunt enim ex Auicena prima quarti capite ſeptimo, repre hendendo Raſim eiuſdem opinionē refutā do (inquit) quoſdam humores adeo tenues eſſe, atq; ſubtilitate ſua penetrātes, vt ſeſe adi gant, ad additiſſimas quaſq; corporis parti culas, illicq; in proroſitatibus (vt verbis illo rum vtar) imbibuntur nec inde quo adſunt & pręſtiterint, diſcuti poterint vnquā, nam quo pacto excutientur qui fugiunt naturæ

manus pellentis, ac in morem aure veluti e-
uaneſcunt, vt cum lacerti ipſi, ſe contrahunt
ad pellendos hoſce ſuccos, & non reperiant
corpus aliquod, & obiectũ, in quo ſuã vim
exerceant, propterea incraſſandos eſſe huiuſ-
modi ſuccos, vt poſt hac natura in qd ĩpetu
ſuo feratur: et habeat obiectũ proportionatũ
expulſioni, hęc eſt pottiſſima eorũ ratio.

¶ Nos talem adhibemus reſponſionẽ, mini-
me gentiũ poſſumus adduci, in hanc opinio-
nem, vt credamus quoſdam humores adeo
tenues eſſe, qui pellẽtis naturę manus queãt
fugere, ob ſuam ipſorũ tenuitatem, nunquid
erunt iſti tenuiores vrina, minime, vrina
enim tenuior multo eſt reliquis quatuor hu-
moribus, ipſis ſiue naturaliter, ſiue pręter na-
turam ſe habentibus: nã ſi quopiam humo-
re eſſet vrina tenuior potiſſimũ bili, atqui bi-
lis craſſior multo eſt, quã ipſa vrina, ſiue ac-
cipias ſinceram bilim ſiue cum alio humo-
re, permixtam, quandoquidem permixta
cũ alio humore bilis craſſior redditur vrina
ſed & ipſa ſincera, craſſior etiã eſt quã vrina
vt pote quę calidiſſima cum ſit, ſuo calore
immodico reſoluitur, reſoluitur autẽ tenuior
pars, relinquitur craſſior, quare reliquũ eſt,
vt vrina, quocunqꝫ humore ſit tenuior, nec

Reſ-
põſio



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nunquã (vt luce clarius liquet) aliquis in corpore humor, ad tantam perueniet tenuitatẽ. Quãtũ & vrina (vt poſtea dicemus) ſed vrinæ nõ obſtat ſua tenuitas, quin ipſa a iocinore deinde per vniuerſas corporis partes, per anguſta, & ꝑ anguſtiſſima omnia, & ꝑ ſuas poroſitates migrat, & penetrat, & demum euacuetur, ergo neqꝫ ſuccis, ſua oberit tenuitas quominus excutiãtur ſi noxij ſint, & demum vacuentur, quare Auicenas inſigniter ſiquidem id affirmat, errat.

## ALTERA RESPONSIO AD AVICENAM.

¶ Dicta hac reſponſione mihi ſatiſfactum eſſet, ni ſcirem quoſdam eſſe ſofiſtas, quibus non placet reſponſio, quæ non effertur per diſtinctionem, quare aliter ſoluimus, materia vacuãda, incraſſatur autem de per ſe, aut de per accidẽs, de per ſe nunquã debet incraſſari, ſi ipſa eſt vacuanda, de per accidens autem bene poteſt, aliquando incraſſari, ita in propoſito, ſi iſta materia eſſet aptũ obiectũ expultricis ipſa cõmodius vacuaretur, quo magis tenuis eſſet, ſed per accidens nõ vt prima intentione vacuetur, ſed vt ſit obiectum expultricis, nunc incraſſatur, itaqꝫ eſt in pre

ſentiarum duplex intentio, prima parare, & diſponere talem materiã, vt ſit ipſa obiectũ expultricis. Secunda vt vacuetur e corpore, & hoc eſt quod de per ſe intendit medicus, & ſemper attenuare debet, aliquando ex accidenti, quia nõ poteſt nanciſci ſecundũ niſi fuerit primũ, ꝓpterea de per accidens incraſſat, hac de cauſa propoſitę q̃ſtionis, aliã particulam addimus, & queſtionẽ in his terminis, iterum proponemus, quo vniuerſaliorẽ faciamus diſciplinam.

¶ Vtrum materiam exiſtentem in venoſo genere q̃ accendit febrem, & eſt obiectũ expultricis aut eſſe poteſt, nulla facta variatiõe, ex p̃te cõſiſtẽtię. &c. Sed q̃d noſtri met oblitꝰ ſofiſtã ago, ad reliqua tranſeo his ita ſedatis.

## LOCVS GRECORVM VArio modo præparãtium humores per impulſum vacuandos.

## TERTIA RESPONSIO.

¶ Tertia ratio eorum eſſe poteſt, quã nomine ipſorũ nos torquemus in noſmet, ex Galeno paulo & Aetio, iubent iſti, in catarho calido, ab humoribus tenuibus dare q̃ incraſſant: nempe qui ex papaueris capitibus fit διακώδιον vocant.

De humorum præparatione

¶ Pro diluendo cauillo notanda eſt diſtinc-
tio quędam, vacuationem nũc fieri per im-
pulſionẽ, nunc per compręſionẽ, ergo quan
do vacuare volumus humores, per cõpręſio
nẽ ipſos oportet attenuare, & de hoc vacuã-
di modo, pręſens eſt diſputatio, cũ vero per
pulſum vacuare eſt animus, tunc variũ ha-
bere pręparandi genus licet, modo attenuare
modo incraſſare: quare addenda eſſet propo
ſite queſtioni a nobis, alia inſuper particula
in hunc modũ, an in materia q̃ in venoſo ge
nere reſidet, q̃ febrem aſcendit, quę obiectũ
eſt ex pultricis, vel eſſe poteſt, q̃ vacuãda eſt
per cõpræſionẽ, oporteat ſemper attenuare.

LOCVS GALENI VNDE excerpſimus iam dictã diſtinctionẽ.

¶ Sed ne videatur alicui nos temere hãc ſin
gere diſtinctionem, recitabo locum Galeni,
ſecundo de cauſis ſymptomatũ, capite quar
to, ſcribam autem longam lectionẽ, quo ma
gis & fidem faciamus, & explicatius aliena
lingua nos metipſos explicemus: ergo habet
in hũc modũ, verum in ventre manifeſtius
eſt, id quod in vomitibus cernitur, multiq;
hoc non eſſe naturę opus ſed ſymptomatis
dicunt: in tuſſi vero & ſtrenutatione clarius

Ministerio de Educación

quidẽ eſt quod in tuſſi notatur, ſternutatio
vero nõ ſimiliter videtur pręter naturã eſſe:
cęterum ſunt non hęc modo, ſed etiam tuſſis
ac vomitus, & diarihœ, taliaq; omnia ex il
lo ſymptomatũ genere, in quibus cauſa ali-
qua, q̃ pręter naturã ſit, ad tales actiones na-
turam extimulat, quãquam mouendi mo-
dus, nec in omnibus idem viſitur nec ab ea-
dem facultate fit, ſed circũ ea quę ab vtero,
inteſtinis, ventre veſicaue excernuntur, ipſe
particulæ ſe contrahuntur, ad hunc modum
id quod in ſe continent extrudẽtes, quo ma
nus noſtrę aliquid exprimunt: facultas autẽ,
quę motum his præſtat, vna e quatuor natu
ralibus eſt: verũ cum in aſpera arteria conti
neatur corpus quoddã cartilagineũ, dureq;
ſubſtantię quod idcirco conſtringi circa id
quod intra ſe habet, non valet naturę ſpiritũ
cũ concitato impetu extra deferri ſubigitur,
ac tuſſim mouet, ea fit per eadẽ inſtrumenta
perquę magnę & vehemẽtes ſpiritus expul
ſiones (quos flatus nominamus) efficiuntur
ſic, vt tuſcis, nihil ſit aliud, quã vehementiſſi
ma quędam efflatio, quo plurimus ſimul ce
lerrimæq; foras actus, ſpiritus atrahat, pro-
pellatq; ſuo impetu, quę vias ſuas obſtruũt,
cumq; primo egreſſu pellere quod offendit,

non valet,bis,terq; ſe inijcere:in id nõ gra-
uatur fitq; voti plorũq; compos: vbi ſcilicet
tum ſpiritus ipſe,cũ vehementia defertur,tũ
quę obſtruunt contumatia,ad propellendũ
non ſunt,talia ſunt,quę nec aquoſę,nec gluti
noſe ſubſtantiæ ſunt,aquoſa nãq; propter
tenuitatem potius a ſpiritu diſſecantur, quã
vltra deferuntur: glutinoſa pertinaciter ar-
tæriæ adherent.

## RESPONSIO.

¶Ergo non loquimur nos niſi de humori-
bus,quos vacuare eſt animus porrecto ex-
purgãti,q humores & trahũtur vi pharma
ci,& expelluntur a lacertis membrorũ: qua
re ſemper attenuando procedimus, ſiue iſti
humores per aluum,ſiue per vrinas vacuen-
tur,& ſiue contineãtur in venoſo genere, ſi-
ue in vijs comunibus,in his ꝑpetuo attenua-
mus,ſed in ſputu cũq; illic continentur, va-
cuentur vibrato foras,eiaculatoq; ſpiritu, in
quo euentu oportet excreatum,talem habere
conſiſtentiam, vt nec tenue ſit & dilutum,
nec lentum & tenax:ſi enim aquoſum ſit,fa
cile cedit prorumpenti flatui,& diſſecabitur
& purus efflabit ſpiritus,excreatum ipſum
in annulli modũ,ad cane latera herebit : qđ

ſi plus nimio craſſum ſit, non diſcutietur, ac deſipabitur, cum hęc ita ſe habeant, aliquando attenuatur & ipſum.

## QVOD MEDICVS ATTEnuare debeat quãuis natura incraſſet.

## QVARTA RATIO.

¶ Quarta ratio, q̃ ab ipſis poſſet adduci, hęc eſt: miniſter naturę medic9 eſt, q ob hoc ipſũ tenetur naturã emulari, ſed natura ſemp (vt ſępe iam diximus) incraſſat: ergo medicus tenetur etiã cũ natura incraſſare, pręſertim ꝙ in tali diſſidio, quod eſt inter naturã incraſſantem, & attenuantẽ medicũ, medicus agit partes morbi, & non naturę quod deteſtandum crimen iudicatur a Galeno, vt dicat natura, qui non eſt mecũ, contra me eſt.

## RESPONSIO.

¶ Hanc argumentationem refutamus, quia medicus non eſt naturæ miniſter in omni euẽtu, nã cũ natura errat nõ eſt adiuuãda: eſt enim medicus miniſter naturæ, ſcopũ attingẽtis, non vero aberrantis, notũ eſt enim, qđ natura ſepæ cum errore tenetur, in viam eſt reuocanda, & reuocatur a Galeno, in multis locis, quos referre, & me piget, & te tedebit legere, quod vero in caſu erret natura patere arbitror, incraſſat enim ſuccos, quos deberet

attenuare, retinet quos deberet expellere, quare ad aliud accedamus.

HOC ARGVMENTVM PRAEtendit probare, quod natura attenuat aliquando.

¶ Quare tamē vnū cauillū obiciam aduerſus hāc aſſertionem ſępe repartitam, qua diſcitur naturam perpetuo incraſſare, etenim ſe ſe offert ſententia Hipocratis, ſectione quarta Aphoriſmorum ſexageſſimo nono, aperte enim contradicunt (inquit enim) vrinæ craſſæ grumoſſe paucę non ſine febre, multitudo veniēs ex hijs tenuis iuuat. Galenus in comētario (inquit) fiunt autem ſine febre vrinę tales, natura expurgāte per renes, totius corporis ſuperfluitates, hæc Galenus. Quęro quo agente craſſæ vrinę attenuantur? nullo profecto, niſi natura, quare videtur, quod natura interdum attenuat, & merito: natura enim omnia reducere laborat ad mediocritatem, omnia extrema vt quod ſint viciosa ad medium reducit, quod perfectū eſt, faciet ergo de craſſis tenues, & de tenuibus craſſos.

RESPONSIO.

¶ Ad hanc autoritatem reſpondentes narre

mus aphoriſmum, & dicamus, vnde eſt q̄d primū apparebant craſſe vrinę mox tenues: an hoc fiat, q̄a eadē materia, quæ antea erat craſſa, nunc facta eſt tenuis? An potius, quod cum primis diebus ex ingeſto alimēto crudi generantur craſſiq; humores, nunc procedente tempore, accedente inedia tenuiores generantur, ex ingeſto alimento: hic poteſt eſſe duplex ſenſus aphoriſmi, videtur mihi ſecūdus magis verus & propterea nullū ſupereſſe calūniandi locū: nam ſi ex ingeſto hodie alimento potente generare craſſos, & imbecillo calore, etiam craſſi generantur, & coaceruantur ſucci, nihil mirum, q̄d paucę grumoſęq;, prodeant vrinę, ſed mox vtentibus nobis parciori victu, & qui tenues ſuccos, ex ſeſe generat, aucto pręterea calore, tenues & multæ vrinæ proueniunt, per quas ſe expurgat totum corpus, ergo non ſupponit vnam & eandem materiā, quæ antea craſſa ſit, quā natura attenuarit, ſed diuerſas variaſq; ſubijcit Aphoriſmus materias, has craſſas, has tenues, quare ad reliqua properemus.

## DE VARIOLIS IN QVIBVS incraſſare ſæpe ſolēt ex accidēti tamen QVINTA RATIO.

¶ Quintam rationē afferunt de varioliſs & morbilis in quibus incraſſamus, ad ſedandā efferuecētiā illā, & ebulitionem: ad hoc argumentū diluendum, oportebit prius conuenire, in ſignificato variolarum. An ſit idem cum illo quod apud græcos ἐξανθήματα, quod ſi ſic eſt vt eſſe ego mihi pſuaſum habeo, ad rem pręſentem dico, ex accidenti incraſſare, non de per ſe, in hac variolarum materia, vt iam ſæpe dixi ad ſedandam, videlicet illam efferuecētiā.

## RESPONSIO.

¶ Sed ne cui videatur eſſe figmentum, rem planius dicamus, diſputatio noſtra ſolū intēta eſt ad humores, in quantū aut ipſi tenues ſunt, aut craſſi, non in quantū maligna alia qualitate affecti: itaq3 tota cōtrouerſia, inter nos & arabes eſt, quod illi dicūt tenuitatem obſtare, ad exitū & euacuationem humorū nos contra id, cum primis iuuare, ad expulſionē ipſorū, quin potius cōtēdimus ad tria vtilem eſſe humorū tenuitatē, ad hoc quidē vt trahantur, adhoc vt coquantur, etiam poſtremo ad hoc vt digerantur & expellātur, qd autē facilius trahatur humor quo tenuior fuerit, liquido cōſtat, facili⁹ enim inſpirādo

per fiſtulā trhais aerē q̄ȝ aquā, facilius hāc quā terrā & lapidē, nā tenuia ipſa facile cedūt, nec repugnāt ſed ſua ſponte ſequuntur. Quod vero citius coquantur tenues ſucci, hinc liquet, quod humores biliosſiſimi quiqȝ tenuiſſimi ſūt, citius cōcoquūtur, & qui inde prouenniunt morbi, quā totius finiantur in prima videlicet quadra. Quod demum ad ipſorū digeſtionem diſſipationem & euacuationē plurimū conducat: nedū obſit eorūdē tenuitas, vt miſſa faciam alia teſtimonia: vnū duntaxat ex primo de tuenda valetudine, libro lōge a medio adducam: tenuiſſimū (inquit) excrementum facilius excernitur: & a ſua ipſius innata caliditate, in vaporoſum halitū euaneſcens, & prę violento motu affatim & repente proſiliens, hęc ille, quare viderint illi qui introduxerint hanc ſectam primi, vt crederent quoſdam ſuccos imbibi & in farciri, mihi non videtur veriſſimile.

## LOCVS AETII INCRASſantis in ſincopali febre, quam dicunt minutam.

## SEXTA RATIO.

¶ Sexta ratio eſſe poteſt ex Aetio libro octauo capite nonageſſimooctauo, docēte incraſ

ſare materiā & denſare cutim,ne ſucci exha-
lentur:ſatius autem eſt totā eius lectionē ſcri
bere,in multos enim ſtudioſos incidet libel-
lus noſter,quibus penuria ſit Aetiani libri:
nutrire(inquit)ipſos tunc oportet ipſorū ſu-
perficiem denſare ambientē domicilij aerē
parare vt ſit frigidus:qualē his qui a ſicca in
temperie febricitant conuenire diximus,&
vngere adſtringentibus vnguentis,cibos of
ferre qui non facile fluitent,neq; mulſam,ne
q; ſuccum ptiſanę,ſed panem ac ſorbitiones
ex non inſulſo farre acerbos etiā fructus græ
cis οπίορχό,qui dificulter corrumpantur da
re autē ipſos ſolū & ex pane,& farre ī aqua
cocto,dare pręterea vitella ouorū,ipſa ſolū
gallorū teſticulos porcellorū cerebella aſſata
aut pulchre cocta,nā crudiora multū ledūt,
demū oīa agēdū,quo craſſiorē reddam⁹ ma
teriam,& dēſā faciamus cutim,& trāſpira-
tus prohibeamus neceſſariū etiam eſt iſtis a-
quoſum vinū a principio morbi a cibis epo
tum,hęc aetius inſcriptio autem capituli,de
delinquētibus obtenues ſuccos:ecce ergo iſti
humores,hoc nomine noxij ſunt,quod ſint
tenues:tranſtulit autem hanc ſententiam Ae-
tius,ex duodecimo de curandi ratione.

RESPONSIO.

❡ Soluitur autem cauillus iſte ab pſo Aetio in initio capitis eſſe dicente, humorum celerem euaporationem, aut per ſudores, aut per incognitam eſlationem: quare potius intentio eſt retinendi, quam remittendi, Galenus etiam ſectione ſecunda, ſententia vigeſſima octaua, eandem ſcribit ſententiam propterea libro de tremore, horrore, & palpitatiōe, idē dicit vt modis omnibus aſtringamus cutim humores denſemus, de ſimplicium medicamentorum facultatibus, libro octauo, capite decimo nono, iubet ſputum nunc incraſſandum eſſe, nunc attenuandum, per ea quę bechica dicūtur: ſed ſoluit ipſe Galenꝰ inquiēs, hæc tamen non ſunt propriæ cathartica, nos autem ſermonem inſtituimus de catharticis vt iterum ſubeat, aliam quæſtioni noſtræ particulā addere, nec ignoro hāc ſextā argumentationē parū differre a prima, ſed hoc inſuper habet Galenus quod de catharticis nos agimus. Aetius autem non intendit vti catharticis, quo verbo exponit locum.

## AN TENVES HVMORES ſint ſtatim vacuādi an magis attenuādi.

## SEPTIMA RATIO.

❡ Eſt Aetij teſtimoniū libro tertio, capite vigeſimotertio, in hunc modum oportet,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt qui vult purgare,attenuet,& ſcindat craſ
ſos viſidoſq; humores,meatus etiam adape
riat per quos tranſeant ſucci,& trahantur ab
expurgantibus medicamentis,ſeroſos autē
& tenues humores,in principio morborum
euacuare cōuenit,en Aetius iubet quidē atte
nuare craſſos humores,tenues autem ſi nō in
craſſat,certe non attenuat, quid enim refert,
tenues ſuccos ampliꝰ attenuare,ergo ſi diſce
dendū eſt ab Auicena,diſcedamus a Galeno
accedamus ad Aetiū,qui mediā ſententiam
videtur ſtabiliſſe inter illos autores, in alte
ro extremo eſt Auicenas,qui quoſdam atte
nuat,& rurſus quoſdā incraſſat, alterum ex
tremum tenet Galenus, qui omnes attenuat
ſiue ipſi tenues ſint,ſiue craſſi. Aetiꝰ viſus eſt
mediā incedere viam,qui quos par eſt atte-
nuare,attenuat nēpe craſſos,tenues continuo
vt quod ſat ſit ipſos eſſe tenues,ne actū agat,
vacuat,occaſione huius,eſſet nobis longa
texenda oratio, de hac re an ſcilicet humo-
res,cum ſatis tenues ſint,veniant ſine vlla cū
ctatione,in principio morbi vacuandi ſine
vlla alia ipſorum pręparatiōe,quod ſatis pa
rati ſunt,qui tenues ſunt,an potius pręparan
di ſint & ipſi.

Soluitur

## SOLVITVR CAVILLVS.

¶ Sed pro ſolutione huius, paucula quędã inſuper dicã, quia video hanc quęſtionem agitari eſſe ſolitam, a nunc vocatis Galenicis medicis fingamus enim aliquẽ febricitare a bilioſis, ac proinde tenuibus humoribus, hunc ego nõ purgabo, niſi prius duo pacta fuerint, primũ vt coctionem ſuam nacti ſint humores, alterum, vt corpus ipſum ægrotã tis fluidum ſit: expetanda autem eſt coctio, hac ratione, quia ſicut natura non ſolet excer nere, ab ſe quidqꝫ pellere, niſi poſt coctiones Ita neqꝫ medicus, ſin attentet quis humores euacuare, antequã coctus ſit, cum ſcilicet a na tura retinetur, cũ nondũ expultricis eſt obie ctum, errabit profecto: ergo nõ propterea nõ vacuabitur quia nõ eſt tenuis, ſed ꝗa nõ eſt obiectũ expultricis facultatis. q̃re dũ retinet, & amplectatur a retẽtrice, inepte intẽpeſtiuę qꝫ, quis conabitur humorem vacuare, quẽ natura amplectatur & retinet, ſi nõ retinere- tur, quantũ eſt ex ſua tenuitate, aptus erat hu mor vt vacuaretur, ſed quia retinetur cũctã dum eſt nobis, & non properandum eſt, er- go hac ratione nõ oportet ſtatim porrigere, expurgans medicamentum.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DATVR RATIO QVARE humores quãuis tenues magis adhuc eoſdem attenuamus.

¶ Sed inquis iam ꝙ differtur expurgans, & non neceſſum eſt, attenuãtes ſirupos dare, cũ ſatis tenues ſint ipſi ſucci, quos tamẽ attenuare fruſtra tentas dũ operã perdis, dicendũ ꝙ duplici ratione ꝓpinamus mulſam & oximeli, modo non turgeant, primaqa quandiu natura ſuccos retinet, eos ĩcraſſat more ſuo, nos interdum ſtudere conuenit, quo contrariam conſiſtentiã inducamus, & nos contra audentius ire attenuando eoſdem. Secunda vt faciamus corpora fluida vt reſeremus vias & meatus quibus trahũtur ſucci: hęc quã breuiſſime potuerimus, perſtringemus, idq; ne humanitatis tuæ amplitudinem diu ĩmoremus. Notandum eſt autem obiter, ꝙ Aetius inquit, trahi ſcilicet humores a medicamentis, in quare diſcedendum eſt ab ariſtotele, adherendum vero Galeno: neq; temere hęc dicimus: ſed ex Hipocrate ipſo atq; Galeno ea decerpſimus, libro primo de regimine victus in acutis, cum inquit, vbi autẽ dolor aliquis vexauerit oximeli bibẽdum dabis. &c. Galenus in comẽtario, obeas, inquit cauſas, frigidum ante morbi coctionem da-

ri iubet, q ſecandi vim habeat, qui ante coctionem non vacuant, qui ante coctionem dant oximeli, nihil clarius dici poteſt pro nobis, quare ad alia pergamus.

## LOCVS HIPOCRATIS MOdo attenuantis, modo incraſſantis, locus preterea Galeni de malagmatis.

¶ Octauo adducere poſſunt locũ Hipocratis libro ſexto de morbis popularibus comẽtario ſecũdo, lectione prima, dilatare inquit, & ſtipare, hec quidẽ, hec quidem non, nec quidquã refert dicere Hipocratẽ, qui loqui videtur de cuti & vaſis, non de ipſis humoribus, ſiquidem ſtat ĩ ſubinferens, ait, in tertia particula, attenuare, & incraſſare, & Galenus in comentario de humoribus ait debere intelligi, quare videtur Galenus cũ Hipocrate, nunc attenuare, nũc incraſſare ſuccos. Præterea Galenus libro octauo de ſimpliciũ medicamentorum facultatibus emplaſtrica quædã, & malagmata, & multa huiuſmodi, q vim habent denſandi, que contrariam inducunt diſpoſitionem, rare facientibus, & adaperiẽtibus, anoſtomatica vocant, iubet. Hec duo teſtimonia allata a nobis ſunt, non quod vllam vim aduerſus nos habere viſa



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

fuerint: ſed vt nullum lapidem (vt aiunt) nõ
mouiſſe videamur: reliqua etiã, quæ addu-
ci a nobis, aut ab aduerſarijs poterant, cõſul
to prętermittimus, ne in immodicam mo-
lem, ſurgat libellus: quem nolumus magni-
tudine ſua tibi ſit moleſtus: pręſertim cũ ex
hijs omnia maneant plana, & ex dicẽdis in
argumentorum reſponſione clariora.

## LOCVS HIPOCRATIS DE cauſo, in quo humores hoc nomine ſunt vitioſi, quod ſunt tenues.

¶ Nona ratio ex Hipocrate ſumitur, quarto
de regimine victus in acutis, de generatione
cauſi, cauſus (inquit) id eſt febris ardens, fit
cum venulæ tempore ſtiuo exciccate acres
& bilioſas, quæ tenues ſint, trahunt ad ſe hu
miditates quasi ἰχώρας vocãt, ex hoc teſtimo
nio, faciunt fortem quandam argumentatio
uem, iſti humores crudi ſunt: ſunt etiam te-
nues, & propterea quia tenues ſunt, trahuntur
ab exſiccatis venis, deinde tracti intra venas,
peſtiferam febrem accendunt, qui ſi non eſ-
ſent tenues, nõ traherentur, vt tam magnam
noxam inferant, ergo commode quis biben
dos dederit eos ſirupos, qui vim habent in-
craſſandi humores, qui eos pigros efficiant,

quo minus poſt hac poſſent exugi, ab exſic
catis venulis, notãter enĩ inq̃t hipocrates, quę
tenues ſunt, ſic illi argumẽtãtur aduerſus nos
ſic ſoluimus, in iſto euentu, non dicere Hipo
cratem tenues humores illic in corpore eſſe,
qui ſua tenuitate ſint nocui: ſed quod venę
trahunt tenues ſeroſitates vndiq; ex circum
iacentibus membris.

¶ Itaq; quamuis homo abunde habeat craſ
ſos lentoſq; in corpore humores, tamen ha
bet tenues quoſdam etiam, & nos etiam, cũ
bene valeamus, quoſdam craſſiores quoſdã
magis tenues habemus ſuccos: quare ſi ĩcraſ
ſãdi eſſent, quouſq; nullę tales eſſent, reliquę
in corpore bilioſę tenueſq; ſanies profecto,
glaciali oceano ſimiles redderemus in corpo
re humores, aliter quoq; ſoluimus ꝙ ſcilicet
ſi iſtę humiditates, ſua tenuitate trahantur cõ
cedendum eſt ab aduerſarijs, cõducere tenui
tatem non obeſſe ad atractionem, ꝙ nos po
tiſſimum intẽdimus perſuadere, itaq; ſuo ſe
ipſi gladio iugulant, qui hac ratione tenuita
tem damnant, ꝙ ipſa quędam ſit diſpoſitio
ad atrahendum, & nos votis omnibus id ex
petimus, vt talem conditionem inducant hu
mores, per quã & facilius, ab expurgãtibus
medicamentis trahuntur, & poſtea expellã-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tur. Hac de cauſa quandocunq; inſtat tēpus purgandi, quando ad hoc propoſitum, nos præparamus humores, dubio procul eoſdē hac idoneitate (vt ſic dicā) donabimus, qua facilius expellantur. Quare ſi in hoc euentu cōmoda eſt huiuſcemodi tenuitas, non eo inficias, alioqui eſſe noxia ex accidenti, ſcilicet, ideoq; in hac ſpecie cauſi tenuitas mala eſt, quę de ſe optima alioqui erat ad euacuationē, quia ergo natura vtitur, aut abutitur potiꝰ ea, ad mal ārēcū ſit, vt ſit mala tenuitas ex accidenti quidem non de perſe, itaq; non incraſſemus in caſu, ad hoc vt trahantur humores: ſed potius vt non trahantur, quare ſi ſcis veritatis amator, vide quęſoq; hęc pro veritate ſint aſſerta, & hęc ſit altera ſolutio.

## TERTIA RESPONSIO.

¶ Tales ſolent adhibere reſponſiōes, omnes non tantū obij medici: ſed & ipſæ etiam primus huius opinionis enarrator, ipſe primipilus, qui ſe iactare ſolebat non hanc modo opinionē inuexiſſe ſe, ſed & ꝙ ipſo autore, Hipocratica diſciplina ad ſuperos redierit, & quidem ex his reſponſionibus, nulla arridebat, ꝙ penitus rem animaduertenti mihi videbatur, ſiquidem ad hunc modū reſ-

pondeāt græci, nihil ipſos differre ab arabibus, conuenireq; in re, & de ſolo nomine diſceptare. Nā afferatur aliquis ęgrotus eſtiuo tempore, cuius vene exſicate trahantur ad ſe acres bilioſaſq; ſanies conueniant, quæ duo medici, alter auditor græcanicę, alter arabicę ſectator opinionis, planum eſt vtrūq; propinaturum eas potiones, quæcunq; vim habeant incraſſandi humores, quæ eos pigros faciant, & lentos reddant, ne repetant venas, & cauſam adhuc ad augeant, in hoc conueniet inter illos, ſed male conueniet in nomine: contendet enim arabicus dari de perſe, & non ex accidenti, huius cemodi potiones cōtra gręcanicus dari ex accidēti, & nō de p ſe, dari tamē acſi cōueniāt, de tundēda eadē, eiuſdēq; loci vena & differāt, ꝙ ille mauult flobotomiā appellare, alter vero flebotomiā: ergo reſponſio vtraq; minus placet, tum ob eā quam diximus cauſam, tum etiam quia Galenus in comentario, primum omnium docet, ne vnquā in tali euentu committamus, vt demus egrotanti illo medicamēta ea, quę ſuccos incraſſant: poſtremo quid iuuat anxiæ diſputare, ac dubitare in re tam aperta: eſt ipſemet Hipocrates explicet etiam & curationem morbi (inquit) enim huiuſcemo-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

di ęgrotanti aquam & coctam mulſam po-
tandam, quantum voluerit dabis, en vt ſti-
uo tempore, quæ omnia ęſtuant & feruent,
in ęgrotante prætera, quem cauſus vexat, &
ardentiſſima febris, vbi humores tenuiſſimi
ſint, iubet Hipocrates dare melicratũ,
& quidem merito, nam expe-
dit ſuccos attenuare, & flu-
xui paratos reddere
vias poſtre-
mo reſe-
rare.

ARGUMENTATIO PROBAT IN aliquo ſaltim caſu a iam dictis argumentis ad intentionem queſtionis debere incraſſare medicum, quãdo ſcilicet, eadem eſt intentio ad febrem: et ad cauſã febris, & ſoluitur.

DECIMO ARGUMENTANtur ipſi, aut nos potius ipſorum nomine. Eadẽ eſt aliquando intentio ad cauſam febris, & eſt ad ipſam febrem, & eiſdẽ remedijs pugnatur aliquando aduerſus vtranq; ſed febris ſẽper curatur, contrarijs nẽpe refrigerãtib⁹ ac dẽſãtibus, ergo refrigerãtib⁹ eiſdẽ, & incraſſantibus, aliquãdo cauſã febris, hoc eſt humores curamus, quare oportet aliquando incraſſare, & non perpetuo pertinaciter attenuare maiorẽ docet Galenus, libro decimo, de curandi ratione cum ait, itaq; ſi febrium quæ multos dies continuant, recte oſtendimus putredinem eſſe cauſam, hæc nimirum ſananda eſt prima, ſed nec interim extinguẽde febris, quæ per eam iam accenſa eſt, ratio non habenda, ac ſi quidem in idem conſen-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſiant, & quæ febrem extinguit, & quæ cau-
ſam oppugnat, in quod vtraq; conſpirãt, &
parum ſupra mox ſi eadem ambo remedia
requirant, ea prompte exequaris, hęc Gale-
nus, ex cuius teſtimonio, maiorem ſillogiſ-
mi roboramus, eodem videlicet remedio in
terdum oppugnare cauſam & extingui fe-
brem licet, ſed quod extinguit febrẽ, ipſum
eſt frigidum, ac prinde incraſſans materiã,
ergo incraſſare aliquando oportet in cauſa
febriũ, hęc eſſe poteſt potiſſima illorũ ratio.
¶ Nos ſoluim⁹ argumentum dicẽtes eſſe ali
quod frigidum, quod tamen vim habeat in
cindendi, & attenuandi, quale eſt acetum, ac
propterea eodem remedio, poſſumus febrẽ
& febris cauſam oppugnare, ꝗ vt febrẽ ex-
tinguat, ita humores non denſat, imo e con-
trario fundit, ac liquat, ꝗ vero acetum frigi
dum ſit conſtat ex Galeno, libro primo de
ſimpliciũ medicamentorũ facultatibus, qua
re quis damnat oxicratum cũ ipſum humo
res deſcipet, & febrem refrigeret, quin & ip
ſe Auicenas ſe prima tertij, tractatu ſecundo
capite ſeptimo, in fine oximeli ſubtiliare (in-
quit) & non accendere febrẽ, propterea Gale
nus dixit, duodecimo de ratione curandi vt
ſupra retulimus, per pauca eſſe q̃ id efficiant,

quæ attenuent quęq3ue obſtruent, nec eſſe niſi oximeli, & melicratum, per hoc ſoluitur cauillus illorum.

QVOD SALTIM IN CASV quo eſt intẽtio ad febrem permittatur materia, & quoquo modo neglectui habenda ſit.

¶ Sed replico nam ſi eadem eſt ad febrẽ, & ad cauſam intentio certe febris non eſt ardẽtiſſima, nam vbi ipſa eſſet cauſus, eſſet ingẽs admodũ, ipſaq; omnem ad ſe verteret intentionem, quæ ſi talis eſſet deberemus nos pugnare aduerſus febrem duntaxat cũ refrigerãtib9 ac inde dẽſãtibus talis eſt aquæ gelide potus, quantum vno hauſtu poſſet quis bibere, vt inquit Galenus, quæ tamen aqua vt febrim extinguit, ita humores incraſſat, & crudos reddit, & vt libet cõſtituamus caſum ſecundum diſtinctionem Galeni, qui ait intentionẽ eſſe aliquãdo ad ſolã febrẽ, aliquando vero ad cauſam ſolã, aliquãdo ad vtrãq; ſimul, videtur ergo ꝙ in priori diuiſiõis mẽbro, oporteat adeo intẽtos eſſe ad febrẽ extinguẽdam, vt aliquantũ permittimus cauſam augeri, ita inquit ipſe Galenus, in quo euẽtu vides vt expedit incraſſare.

¶ Ad hanc replicã, reſponſum dat Galenus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in eodem loco id eſſe violentũ quoddã (in‑
quiẽs) nec poſſe aliter fieri, nã vbi vires va‑
lentes ſunt & quæ valent ferre cauſe incremẽ‑
tum, conſulto permittimus cauſam creſſere,
dum decreſſere febrem facimus, nam vbi tã
vehemens eſt febris, vt totam curationẽ ad
ſe rapiat, ad ipſam curandum, properamus
interea cauſam, data opera ſinimus ea tenus
augeri, quatenus vires ferre potuerint, tale
incremẽtum, ita Galenus primum egrotum
decimo libro de methodo medendi cibis re‑
ficit, & cauſam auget, vt febrem ſuccurrat,
cauſa tamen ita augetur, non dũ incraſſatur,
ſe dum molle creſcit, vt conſtat, qui ſorbitio‑
nem ex alica concedit, ergo qui vult rem cõ‑
templari, inueniet argumentationem eſſe ſo‑
phiſticam.

¶ Poſt quam argumentationes & ſolutio‑
nes argumẽtorum propoſuimus, viſum eſt
nobis pertinere ad conſequentiam ſermonis
ſi teſtimonia illa, quę in principio opuſculi
propoſueramus quę & ipſa vim argumen‑
torum, habere videntur, interpretamur.

AEQVALITAS IPSA VVL‑
gata Auicenæ, quã habet intelligẽtiã.

¶ Primum teſtimoniũ, fauere videtur Aui

cenæ in eo quod mediocritatem comendat in conſiſtentiam, damnat autem tenuitatem & craſſetiem: ſed re vera non agit, quidquã in rem Auicenæ, Galenus enim mediocritatem laudat, in humoribus, at etiam in omnibus reliquis mẽbris, etiã omnibus in rebus quæcunq; vigent & cõſiſtunt, nec Galenus modo, ſed omnes naturæ interpretes, in hãc veniunt ſentẽtiam, oſſa enim quędam ſunt in corpore denſiſſimę partes, ſi conferantur cum carne, cum ſanguine, & alijs partibus, ſed in ſuo genere, ipſa oſſa quandam habẽt peculiarem conſiſtentiam, ſuam mediocritatem, neq; enim eſſent commoda, ſi tãtam duritiem haberent, quantum ferrum, ſeu tãtam molliciem, quemadmodũ cera, de vnguibus hoc pręterea docet Galenus ipſe, primo libro de vſu partiũ, dũ quærit cauſam ob quam vngues iſtam habeant duritiẽ, & non maiorẽ, nec minorem, ergo quæcunq; entia fruuntur ſibi debita temperiæ, omnia ſuum ſeruant modũ & conſiſtẽtiam, ſed qd ad rem: vt iſta ſunt vera, ita falſum eſt hanc mediocritatem, in expellẽdis humoribus introducere, cum cõmodius expellãtur iſti ſucci, quo fuerint tenuiores. Quam ſententiam confirmat Galenus, in libro cuius titulus eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad eos qui introducuntur: nã inquit, quo te-nuior humor fuerit, tanto per minimas quaſ qꝫ vias fertur & fluit, vrina autem, quæ nec tenuis eſt vt aqua, nec craſſa vt vrine iumẽ-torũ, ipſa optima eſt, quia indicat humores in corpore, ſuam ſeruare mediocritatem in conſiſtentia, humores autem qui expellendi ſunt, non requirunt huiuſcemodi in cõſiſtẽ-tia mediocritatem, ſed quo tenuiores fuerint eo aptiores, & paratiores ſunt ad exitum, ad trahendum, ad fluendum, quare qui illã me-diocritatem, omnibus rebus, tam natura cõ-ſtantibus, quam a naturæ modo egreſſis, ſi ne diſcrimine impartitur, inepte iudicat de rebus, & hæc ſatis pro re ſunto.

## PRAEFATA SENTENTIA magis dilucidatur.

¶ Alterum teſtimonium, ex libro de cõſti-tutiõe artis medicatiuæ, nihil aduerſatur no ſtrę aſſertioni, quare totam lectionem enu-clemus. Galenus enim poſt quã docuit me-thodo curare inſtantem egritudinem, ac prę ſentem, mox curat eum morbũ, qui nondũ quidem inuaſit, ſed habet quaſdam diſpoſi-tiones in corpore, & qui niſi arceatur pro-pe diem inuadit, poſtremo docet regere eũ

hominem, quia morbo curaſit, qui inter con ualeſcentium numerum colloquatur, itaq; homo aut optima fruitur valetudine, & plane ſanus eſt, aut plane eger & morbo oppreſſus, aut neuter eſt mediamq; habens diſpoſitionē inter egrum & ſanū, ergo in libris ſex de tuenda valetudine, primum peregit Galenus, hoc eſt hominem ſanum ſeruauit, hominem vero egrum hactenus in hoc libello de conſtitutione artis medicatiuę percurauit neutrum vero, in fine libri curare nūc aggreditur, eſt autem neutrum duplici modo dictum, alterum ante morbū quod dicitur corpus, neutrum ex deſidentia, alterū, poſt profligatum iam morbum, quod neutrū ex conualeſcentia, vulgo etiam dicitur, neutrum ergo ex decidentia, tum partito curare docet, primo vacuatione, ſecundo alteratione, tertio vtroq; ſimul, & alteratione, & vacuatione, ergo ſuperfluum omne, ſiue id in quāto, ſiue in quali ſiue vtroq; modo ſuperfluum ſit, omne id vacuādum eſſe, modo tenue ſit, iubet: ſi vero idoneū aptumq; ſit, vt redeat in habitum naturalem alterandum eſt ſolūmodo, hoc eſt ad conſiſtentiam mediocritatem reducēdum, poſtremo ſi toto genere, ſit præter naturam, & alterandum eſt & vacu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

andum eſt, & vacuandum ſimul, ergo cum doceret Galenus, alterare ſuccos qui redire poſſent, ad naturalem habitum ea via procedere ſuaſit qua procedunt omnia, quęcunq; ſua cōſtant natura, hoc eſt vt nec tenuia, nec craſſa ſint, ſed moderata oportet propterea vti diximus, vt humores ſuum certum modum ſeruent, in ſubſtantiæ ſuæ conſiſtentia qui vero præter naturam ſunt, & expellendi e corpore, hos vacuat ſi tenues ſunt, ſin minus, eos prius attenuat, mox vacuat nunquā certe incraſſat quos vacuare intendit.

¶ Tertium teſtimonium ex libro de ſectis ad eos qui introducūtur, facile in rem noſtrā interpręatur nam Galenus incraſſandos admonet eos ſuccos, q ſua tenuitate effluūt per oculum extra corpus, hos vt intra quietos faciat incraſſare iubet noſtra autem diſputatio (vt iam ſæpe diximus, de humoribus habetur qui expellendi ſunt a corpore, reliqua teſtimonia & concedimus, natura enim incraſſat, medicus tamen attenuare perpetuo tenetur, ſi quādo pręparauerit corpora ad purgationem, teſtimonia ergo illa naturam loquuntur, nō medicum, quare inepte aſſerūtur ab iſtis, & nos etiā inepti eſſemus, ſi alia tatione quam illorum cauſa eadem noſtro

libello

libello inſeruiſſemus.

¶Poſteaquã noſtre diſputationis abſolui mus tres partes: nã Auicenę erroris occaſio- nẽ deteximus, quæ & ipſa fuit poſteritati er roris, & occaſio, & nobis huius ſcribendi o- puſculi cauſa, qua de re merito a nobis ea pars primo tractata eſt, mox ad ſecundum progreſſi notanda quędam ſubiecimus, quę totius materiæ qua de agimus viam apperi rent, dein aduerſariorũ refellimus argumen ta, nunc poſtremo noſtram aſſertionem sta- bilire tempus eſt.

OPINIO VERIFICI GALE- ni, attenuãtis humores tenues & furioſos.

PRIMVM TESTIMONIVM.

¶Eruam autẽ ex tam vaſtis Galeni monu- mentis quoſdam locos dũtaxat, in quibuſdã quidem vbi aperte porrigit ſirupos, attenuã di vim habentes, in humoribus tenuibus & colericis, quoſdã vero locos, in quibus ſem- per attenuare iubet nũquam incraſſare, ergo Galenus in omni euẽtu, ſiue humores tenues ſint ſiue craſſi ſemper propinat attenuantes ſi rupos, primũ in aphoriſmo vigeſimo quar to, primę particulę, oportet humores, inquit, ęquam maxime fieri, poteſt eſſe fluxui para-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tos hoc eſt tenues, & nullum lentorē partici pantes, & aperta eſſe foramina, perquæ debet purgatio fieri, & nullam habere obſtructionem, nam & nos iſta antea paramus, cū quempiam ſumus purgaturi: & hoc eſt qd ab ipſo Hipocrate dicitur, in illo aphoriſmo corpora, vbi quis purgare velit, oportet fluida facere, verū in acutis, morbis, circa principia ſtatim, circa primum, videlicet diē vel non vltra ſecundū, ſi ſumus vſuri purgantibus medicamentis, quando turgent non datur facultas iſta pręparādi, niſi quis forte arripiat occaſionem propinandi melicratum, in quo decoctum ſit aliquid hiſopi, vel origani, vel tragorigani, vel thimi, vel pulegi, vel ſiue quid huiuſmodi vim habēs humores extenuandi, hæc ille.

¶ Quæ quoties relego & animo reuoluo, magis magiſq; demirari ſoleo, quorūdam ſtupiditatem, qui tam diu, totq; ſeculis, nunquam voluerint aſpirare, ad intelligentiā huius ſententię, aut ꝙ puto, ſaltim ad lectionem eius, & tamen in diatribis medicorū ex edicto interpretātur Aphoriſmi Hipocratis, cū comentarijs Galeni, ſed quem inde vſum capiant non cognoſco, ſiquidem nuſquā locorum videāt, vt audio, vllū eſſe medicinę pro

feſſorem, qui mulſa incoquat origanum vel tragoriganū &c. Adeo vt neq; ipſe auſim facere, neq; apothecarios habeam verbo audientes quim potius, ſi quis ita iubeat, habeatur pro inſano, vt ego neq; muſitare audeā: & tamen Galenus in pręſenti ſentētia, in qua ex inſtituto, & ex propoſito vt ꝙ in nullo alio loco totiꝰ medicinalis artis tractetur materia de præparandis corporibus ad purgationem tam exacte, in pręſenti inquā ſententia attenuare modis omnibus, cogit & imperat, non ad aperiendas ſolum vias & meatus corporis, quibus fluxuri ſuut humores (vt quidam etiam in cathedris, reſpōdere ſolent) ſed ad ipſos humores quāuis tenues inſuper attenuandos, & non ad tenues modo, ſed ad furioſos, qui ipſi tenuiſſimi bilioſſimiq; omnium cenſentur, itaq; dat attenuantia, non ad dilatandas vias ſolum, ſed ad humores ipſos attenuandos nō ad humores ſolum craſſos ſed etiam ad tenues, non ad tenues ſolum, ſed etiam ad furioſos & tenuiſſimos, quid aptius in fauorem noſtrū potuit vnquam afferri.

## QVOD DE HVMORIBVS intelligatur etiam aphoriſmus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Sed quia non deerunt aliqui ex tot milli-
bus, quibus non eſt tanta ingenij vis, tantum
intellectus acumen, vt queant hęc quatuor q̃
dixi, in galenica lectione deprehēdere, & cō
prehendere, ergo in gratiam iſtorū, dilatato
paulo plus ſermone, eadem eruā, & illis ex-
plicabo, primo quidem eo animo dari a Ga
leno mulſam, non ratione corporum ſolum
modo, ſed ratione etiam humorum nā qui-
dā ſolent reſpondere, ꝙ Galenus illic dat quī
dem attenuādi vim habentes ſirupos, dat ta-
men ipſos, non ad attenuandū humores, ſed
ad corpora aperienda ita reſpondent & iſti
etiam reſponſum accipiunt & laudāt, tamet
ſi iactant ſe eſſe Galenicos, ſed videant ꝙ Ga
lenus in primis verbis recitate a nobis lectio
nis, inquit oportere humores eſſe fluxui pa-
ratos, hoc eſt tenues, ecce de humoribus lo-
quitur, & nō tantū de foraminibus apperiē-
dis, deinde in fine eiuſdem lectionis (inquit)
ſiue quid huiuſmodi vim habens humores
extenuandi, ecce iterū humores, attenuantia
dare iubet quid plura? Quod vero tenues ac
furioſos magis attenuet cōſtat inquit enim
in acutis morbis & furioſis aliquando non
licere immorari in præparādis corporibus,
pręterea ꝙ humores illi rapidi exagitatiq;

cum ſint, forte fortuna decūbāt in princeps mēbrū, & certam inferent mortem, præterea qꝫ properandū eſſe ad eorū euacuationē ne tantum malū eueniat itaqꝫ quāuis nō præparauerimus corpora, & ipſos humores attenuauerimus, quāuis ipſi ſucci hac de cauſa inepti ſunt, & imparati, quāuis cura irregularis ſit (vt aiūt) tamen ad euitandū maius malum nempe mortem iubet Galenus vt incidamus in minus malū, quod eſt vacuare quoſdam humores non prius pręparatos, inconueniens quidem eſt vacuare humores, ante ipſorum attenuationem, ſed ſatius eſt ſubire hoc tantillum incōmodum, ne ſubeas mortem omniū malorum maximum, ſed vbi omnia vitare incōmoda nobis conceditur, incomodū maius, ideſt mortē, & minus ideſt ineptitudinem humorū, vbi datur facultas ideſt certi ſimus, ꝙ licet paulatim immoremur in pręparandis ſuccis, permittētes intus manere hoſce ſuccos furioſos, ꝙ tamen non opprimit mors, hac oblata tam cōmoda occaſione melicratū propinamus. Hæc eſt Galeni mens ſatis enodata, in qua re, hanc mecū ſoleo facere computationem, bone deus, iſti tenuiſſimi ſucci, quos iſti rentur, eſſe ſua tenuitate ineptos, nunquid tenuiores ſunt vri



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

na? minime, nunquid oleo? neq; id, eſto ſint perinde, atq; oleo tenues, certe non erit abſq; ratione factũ, vt patet, ſi hos inſuper attenues ſiquidẽ ita e corpore faciliusexpelluntur.

QVOD HVMOR QVILIbet quãtumuis tenuiſſimus ſit tenuior quam vrina.

¶ Sed quod vero multo craſſior ſit tenuiſſima bilis, & perinde quicunq;, ex quatuor humoribus qui in corpore ſunt, quã ſit vrina. Conſtat primo quod vrina eſt ſeroſitas humorum, qua de re e it tenuior ipſis humoribus, exemplum in lacte, cuius tres ſunt partes, ſerum, butirum & caſeus quorũ tenuius eſt ſerum, Galenus eſt autor, in libris de iuditijs, vocat enim ſeroſitatem sanguinis vrinã. Secũdo conſtat, quia ſi ſinceram bilim quæ continetur, in veſica iocinoris conſideres, vides eſſe perſimilem in conſiſtentia, melli, ac craſſiorem multo, q̃3 vrina. Conſtat tertio in his qui aliquando in medijs eſtatis ardoribus ſimilem bilim euomunt, quã illa tempeſtate eſſe tenuiſſimam, par eſt credere, & tamen craſſior eſt multo, quã oleum, melliq; perſimilis, ergo his rationibus adducti dicimus vrinã eſſe tenuiorem bili, ac quocũq;

humore, hoc eſt primum, & firmiſſimum teſtimonium Galeni, primo de ſanitate tuen da, ad longũ, vt patebit hos reuoluẽti libros.

ENARRATVR LOCVS GA leni niſi quis arripiat occaſionem.

¶ Sed occaſione horũ quæ dicta ſunt, inter- pretari dictum illud Galeni medicorũ omniũ primipili & (vt ita dixerĩ) anteſignani, niſi quis arripiat occaſionem, equidem dignũ ſcitu eſt, quando non offeratur nobis iſta oc caſio, video enim a quibuſdam dubitari ſen ſus aphoriſmi, nec dubitari modo, ſed pror ſus ignorari, aut etiam peruerſe interprętari, dicunt enim tunc dari nobis occaſionẽ pro- pinandi melicratum, cum furioſis permiſcẽ tur pituito, ſiquidã lentiq; ſucci, ratione quo rum refrenantur quidam tenues, furioſi hu- mores, & indutias dant iſta præparandi, tũc inquiunt offerri nobis occaſionem iſtã: ſed quã inepte interprętentur hęc ab iſtis, liqui- do conſtabit ex dicendis, cum declarauerĩ- mus, qui ſucci dicuntur turgẽtes. Alij dicũt ꝙ tunc datur occaſio, quando humores non ſunt admodum furioſi, ſed ſunt aliquantulũ quieti, & qui nõ ſunt admodũ periculoſi, ſed enĩ rẽ nõ inutilẽ putãt dicere ꝓpterea ſcilicet



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

furioſos ſuccos, quã totius eſſe vacuandos, quia cum ipſi, nulla ſede quieti maneãt, ſed graſantium more, rapidi ferantur, periculũ eſt ne decumbant in princeps membrũ, & internitionis ſunt cauſa, hęc omnes hactenus, quotquot noui pro indubitato affirmãt, & ſic dicunt, deinceps, ꝙ ſi contingat ipſos humores eſſe quidem furioſos, ſed non nimiũ furioſos, quod tunc arripere poterimus occaſionem corpora præparandi: hęc illi, & fateor me hãc ſententiam affirmaſſe. Sic enim accepi a magiſtris, ſic a comilitonibus audiui, ſic ipſę in gimnaſijs ſępe diſputatiões innectẽs, ſępius reſponſiones adhibens, ſolebã ore pleno aſtruere: vt in hoc eodem opuſculo inuere viſus fuerim, adeo incerta ẽ in multis hæc noſtra ars, propterea dificultatẽ eius, iudicium dificile eſſe inquit Hipocrates: nã ſecundum Galenum, verum iudicium, ſeu vera ratio, nõ facile inuenitur, quod multitudo opinionũ, in arte medicinali oſtẽdit, neqȝ enim ſi veritas inuentu facilis, tot ac tanti viri, qui illam perquiſierunt vnquam fuiſſent in tam contrarias ſectas diſpartiti, hæc illæ. Ergo nos palinodiam canentes, dicamus extra hæc comunia. Aliter etiam fingamus in aliquo egroto, turgidos eſſe humores: eſſe

tamen ex ſui natura, hominem ineptum ad purgationem, & qui plurima pręparatione indiget, vt fuit aptus in hoc euentu, oportebit vacuare ſtatim prima die, ratione turgẽtis materię: ſed quia ineptus eſt homo: & minime vſus circa medicamentorũ expurgantium exhibitionem, ſpectabimus aliquantũ dum aptum facimus per exibitionem mulſe aut oximelitis in hoc ergo eneutu, datur nobis occaſio pręparandi corpora, & non properandum eſt ad purgationem, ſit quamuis turgens materia, hoc mihi viſum eſt dicere, id ex Galeno deprompſi, in libro, cuius titulus eſt ad eos qui introducuntur: dicã igitur quo nam pacto, ſit aliquis ineptus ad purgationem, primo ꝙ vię ſunt obſtructę, q̃ minime patebunt ituro, ac illac migraturo humori, aut etiam (ꝙ puto magis cõforme eſſe Galeno) nam homo ipſe, ex ſua peculiari natura & modo, non patitur purgationes, ſed cũ bibit, aut vomit, aut ſtrangulatur, aut torminibus vexatur, ſunt per multi huius naturæ, vt ſunt alij, qui nec panem guſtare ſuſtinuerunt, iſti ergo inepti ſunt, & hæc ſatis ſunto. Sed aduerſus hęc omnia, ſeſe nobis occurrit locus quidam ex Galeni libro primo de criſibus capite decimo, vbi dicit bilim in prin

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cipio morbi eſſe tenuiorẽ q̃ſ ſit, morbo pro cedente, propterea ꝙ paulatim incraſſatur a natura, & tamen tunc eſt euacuãda cũ craſ ſior eſt, nõ in principio cũ erat tenuior ergo videtur ꝙ Galenus, aut ipſe arte ſua craſſio res faciat, quos vacuaturus eſt ſuccos, aut eos permitti naturæ incraſſandos, hic locus ea de cauſa nunc tã ſero productus eſt, propter quoſdam, qui cum in Galenum inciderint, nos criminabuntur vecordię, qui nõ hoſce comentarios prius euoluerimus, quã ſcriben dum hoc opus ſuceperimus, neq; puto egere ſolutione, qui iam ſatis ex dictis, ſic ſolue mus, dicimus enim vnum ex requiſitis ad vacuatiouem eſſe, vt humor qui eſt vacuan dus, ſit obiectum expultricis bilis autem in principio non eſt obiectum expultricis: ſed potius retinetur a natura, quare nõ eſt de na turę manib⁹ violenter extrahendus humor.

## SECVNDVM TESTI-MONIVM.

¶ Hactenus primũ teſtimoniũ Galeni, quo potiſſimam noſtram ſententiam corrobo ramus abſolutum ſit, iam alterum aſcribam ꝙ tametſi idem eſt cũ primo, tamen eo no-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mine, quo idē eſt, eo eſt fortius, & firmius: repetitio enim verbi (inquit ille) confirmatio eſt ſermonis videtur namq; non dixiſſe primum dictum temere non excidiſſe ab ore, non eſſe dictū ex inopinato, ſed potius eſſe ratum & verū: adeo vt hic locus pro mille alijs ſit amplexandus, locus eſt in libello quos purgare oportet, ſcribam autem totam lectionem, quamuis ſemper eadem cū aphoriſmica ſit, in acutis (inquit) morbis, ſi ſtatim inter initia, primo die, vel non vltra ſecundum, purgatione vti volumus, turgente materia, humores præparandi non eſt locus niſi quis forte nactus fuerit occaſionē, aquā mulſam, in comiſtam exhibendi, in qua hī ſopum &c. Hæc Galenus, quę q̃; ſint eadem cū dictis in aphoriſmo iam vides, in nihilo enim fere differunt.

## QVINAM SINT FVRIOſi, an craſſi an tenues, & quomodo ipſi cognoſcantur.

¶ Sed quia in toto hoc opere, frequens habita eſt mentio de furioſis humoribus, non abre viſum eſt mihi ſi exponā ex Galeno qui dicantur furioſi humores, eſt locus Galeni,
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

De humorum præparatione
in eodem libro cuius titulus eſt, quos pur-
gare conuenit in hunc modum humores tur
gere dicuntur, quum vehementi motu agi-
tantur, ac ab vno loco, ad alium confluentes,
inter principia morbi hominē vexant, dolo
reſq; ac titilationes afferendo, egrum quie-
ſcere non permittunt, quam ſententiam iterū
repetiuit aphoriſmorum, particula prima,
Aphoriſmo vigeſimo ſecundo inquiens tur
gere verbum tranſlatum eſt, ab animalibus
ad humores, nam ſicut illa ſtare loco nō poſ
ſunt, quodammodo titilantia atq; impulſa
concitataq; hac paſſione, ſic & humores, ple
rumq; in motu vehementiore, atq; tranſflu-
xu ab vna parte ad aliam, in morbi princi-
pio hominem infeſtante, mouentes, faſtidiã
tes, titilantes, & quieſcere non permittentes,
hęc ille, ex quibus locis inſtituimur, ac ad-
monemur cognoſcere quando nam egri no
ſtri furioſis iſtis ſuccis oppreſſi ſint, nã quã-
do ipſi egrotantes dixerunt ſe vexatos eſſe:
ſentireq; in corpus latere quoſdam cum titi-
latione cum mordicatione ſuccos, nos indi-
cabimus eſſe turgentes, & properabimus ad
propinandum expurgans medicamentum:
dicet aliquis aduerſus iſta, nondum dixiſſe
ex Galeno, qui ſint furioſi ſucci, dixiſſe qui-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dem cōcedit,qui ſunt furioſi humores, quo
modo deprehendendi ſint, atq; agnoſcēdi a
medico,ſed qui ſint bilioſi ne,an pituitoſi te
nues, an craſſi,nōdum prodidiſſe,& id erat
cum primum dicēdum, ſiquidem diſputa-
tio hęc huc pertinet, vt ſciamus an furioſi hu
mores ſint craſſi,nam ſi ſint,quid mirum ꝙ
pręparentur,attenuenturq; a Galeno , quare
explicemus locum Galeni , ſexto morborū
vulgarium comentario , ſecundo loquitur
Hipocrates de exanthematis (vulgo medico
rum variolas vt opinor vocatus) Galenus
in comentario,inquit,lata planaq; exanthe
mata a craſſo frigidoq; prouenire humore,
acuta vero,& acuminata a calido & tenui
ſubinfert,didiciſtis, & de phimatis,anteaꝙ ī
acutū ,acuminata,& veluti turgentia calido
rum ſuccorum ſunt progenies contraria fri-
gidorum,agnoſcat autem ipſa quando tur-
gēt licet ex pruritibus & dolore,nā quæ me
diocriter calida ſunt,pruritus ſolum faciunt
ac quæ per amplius calida ſunt , ſtatim, &
mordent,& cruciant,hec ille,ex quibus con
ſtat quæ turgent , non eſſe calida & tenuia
modo,ſed calidiſſima & tenuiſſima , ergo
ſatis aperte oſtendimus naturam furioſorū,
& ſpeciem,oſtendimus etiam quo pacto

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cognoſcantur, ſed cur iſti humores nõ in eodem ſtant loco, neq; quieſcunt, ſed admodũ fluctuent, rationem reddam, nam cum tales ſucci ſint ſubtiles, acres, calidi his qualitatibus ex pultricem concitant, & cum expultrix aliquid cotriſtans ſentit, mox concitatur, & ad talis nociui expulſionem properat ob hanc igitur cauſam minime in vna & eadē parte, humor quieſcit, cum concitet cuiuſcunq; membri quo tendit ex pultricem. Sciendum circa hoc, ꝙ cauſa quare non indigemus coctione in turgente materia, eſt ꝙ materia, ſeipſa adiuuat ſuo motu ad exitum vt veroq; dicentur queq; a nobis adducentur reliq̃ teſtimonia oĩa ſemel interpretamur nec in ſingulis teſtimonijs, ſingulas repetere cogamur enarrationes: propterea etiam ne ſit opus teſtimoniorum multitudinem congregare, & acumulare, ſed quinq;, aut amplius ſex afferentes reliqua pro allatis habeantur hęc præfari iuuat. Galenus omnibꝰ in locis, in quibus mentionem facit, de præparatione humorum, quos purgare conuenit nunq̃ iubet incraſſare tenues, ſemper iubet attenuare craſſos: itaq; mirum eſt excidiſſe a Galeni mente hoc præceptum in tot locis, vt ſaltim in vno non offeratur ſibi dicere de te

nuibus incraſſandis, quin potius iubet va-
cuare, craſſos non, niſi prius fuerint attenua-
ti hoc igitur noſtræ aſſertionis maximum
argumentum eſt.

## TERTIVM TESTI-
## MONIVM.

Inquit inſuper Galenus prima ſectione a-
phoriſmorum, ſententia vigeſima ſecunda-
furioſos quidem humores, quam primum
vacuare reliquos ſuccos, non niſi coctos: dat
rationem quia debemus inſequi naturam,
nos addimus, niſi quantitas, aut qualitas, aut
locus cogant, enim vero natura non vacu-
at, niſi cocti fuerint humores, ergo nec medi
cꝰ, & tunc Galenus eos oximeliti aut ceteris
vim attenuandi habentibus, præparat. De
quo quidem oximeli innumeras canere, nõ
eſitat laudes tertio de regimine victus in acu-
tis, & octauo de methodo medendi, vt pa-
tet intuenti.

## QVARTVM TESTI-
## MONIVM.

Quartum teſtimonium legitur in libro,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cuius titulus eſt, quos euacuare conuenit, ſi quidem (inquit) inter initia morbi, tenues & aquoſos humores vacuabis, vbi craſſi & tenaces fuerint, quales ſunt ſuapte natura, pituita & nigra bilis, coctionem expectabis. Igitur ſi quis in morbis acutis purgationem bilis ante concoctionem molliatur: non ſolum Galenum verum etiam naturam ſe imitari poterit, per ſudorem & vomitum: ſed plerũq; bilem per ventrem in febribus tertianis, ante coctionem expurgamus: nam exuberãs caliditas, tenuitati adiuncta, dat operam, vt bilis turgeat, tenuitas ſola concedit, vt etiam ſi non turgeat ante perfectam coctionem vacuare. Quam quidem ſententiã Galenus medicorum omnium vexillar confirmat, primo de ſanitate tuenda, vt ſuperius diximus.

## QVINTVM TESTIMONIVM.

¶ Quintum teſtimonium legitur in librõ quos purgare conuenit, cuius verba, ad verbum ſunt. Oportet autem priusquã expurgans medicamentum exhibeamus, craſſos humores attenuare, tenuesq; diſſecari, & meatus recludere, per quos traici, atq; deduci



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quęant, de tenuibus nihil prodidit, quã ſen-tentiam confirmat ſeptimo de methodo medendi (inquiens) pituitam lentam, iubet primum attenuare, mox vacuare, de bili nullã mentionem facit, in eodem libro, affectibus ventriculi medendo, idoneum (inquit) vero eſt, ſi mulſa in qua incoctũ abſintium ſit, bibatur: nam id quoq; tenues ſuccos, quicũq; videlicet, in ipſius ventriculi ore cõtinentur, comode deorſum impellit: ex his notãdum ꝙ vt vacuentur humores tenues, in ventriculo contenti, attenuantia pręcipit.

## SEXTVM TESTIMONIVM.

¶ Sextum teſtimoniũ legitur ex acutiſſimo Galeno in ſecũdo libro de cõpoſitione pharmacorũ ſecũdũ locos capite de his qui ob bilioſum humorem, capite dolent: vacuandus item bilioſus humor, per abſintij coronam, aut per aloẽ, ſed eoſdem humores bilioſos, ante euacuationem nõ incraſſare iubet, ergo eius intentio eſt, aut quod ſtatĩ vacuentur, aut attenuantibus pręparentur.

## SEPTIMVM TESTIMONIVM.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Aliud teſtimonium ſumitur a Galeno, libro ſexto, de morbis vulgaribus, comētario quinto ſuper illud verbum Hipocratis, veratrum epotum, ſi celerius purgare vis, lauare, aut cibum ſumere oportet &c. Inquit Galenus in comentario, attenua videlicet ſuccos & itinera humoribus in ventrē deſcendentibus expedire, nihil clarius eſſe noui, quā in hoc Galeni intentionē eandem repetit ſententiam, in quodam libello, cuius titulus eſt de attenuante victus ratione.

## OCTAVVM TESTIMONIVM.

¶ Inqt inſuper vndecimo de methodo medendi, circa mediū, ſeptē ſunt res præter naturā, a quibus indicatiōes in febribus ſumūtur, ſcilicet humorū multitudo, craſſitudo lentor, obſtructio, tranſpirationis retentio, putredo & febris carens intermiſſione. Hęc igitur omnia, de attenuantiū exhibitione indicāt, ergo concludo quod in omnibus febribus putridis, quarū materię ſunt ſubtiles & euacuande, quod ſtatim euacuentur, aut attenuātibus pręparentur, ne multa loca quęrere videar: clare adeo hāc rem opere moſtraui, vt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

inuenire nõ putẽ, ita rudẽ idiotã, q intelligere nõ poſſit Galenũ, pręfatã iã ſentẽtiã voluiſſe
¶ Præſtiti tandem quę promiſeram omnia, eo modo quo promiſſerã, & ita par erat, neq; te magna ac inaudita a me promitente ſperare, neq; me vltra ingenij vires quidquã audere: ſatis magnam audatiã credimus habuiſſe: qui cũ nullũ hactenus de hac re editũ, a quoq; videamus monumentũ, nos primi veluti nouus auctor, id ſumus & ſcribere agreſſi, & deinde in lucẽ edere auſi, & poſtremo tuo nomini conſecrare, ꝙ ingeniũ tenue eſſe ſe prodeat, naturæ vitiũ ꝙ laborẽ paſſi fuerimus, virtus noſtra, ꝙ primus de hac re publice ſcripſerim, audatia, & dubia fortũa, ꝙ tibi dedicauerim has lucubrationes, mira fœlicitas, in quibus feci qđ potui, ſed nõ potui quod volui, iuxta comicũ, addam igitur aduerſus maliuolos ſi me in dictis deprehendere velint, ꝙ Galenus inquit, ſecundũ locos libro ſecũdo, difficile eſt enim vt qui homo ſit: nõ in multis peccet: quędã penitus ignorãdo: quędã male iudicãdo: quędam tãdem negligentius ſcriptis tradẽdo, ſi igitur in his inciderim, Galenũ habeo patronũ & ducẽ: ergo hoc opuſculũ hilari animo ſuſcipe. vale.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## AD PHARMACOPOLAS DE COMPOSITIONE OXI MELIS ORATIO.

¶ QVONIAM FREQVENS
eſt habita de oximeli mentio atq; comenda
tio, ad hãc rem plurimũ non attinere modo
ſed exigi putaui. Si huic operi inſererẽ com-
poſituras ipſius oximelitis, fecimus id ſuaſu
quorũdam amicorum: ſed & nos operi no-
ſtro debebamꝰ præſtituri quę eramus, nullo
quãuis flagitante.

## PRIMA STRICTVRA OXI melitis ex Galeno.

¶ Optimum mel ad carbones deſpumare,
dein tantam aceti menſuram cõmiſcere, vt
guſtãti neq; acetoſum, neq; dulce appareat:
mox rurſum vtrũq; ſuper carbones incoque
re, donec qualitates ipſorum veluti ſi vna
eſſet qualitas exacte cõmiſceãtur, & nõ appa
reat acetum guſtantibus crudum, deinde ab
igne deponere, atq; reponere, cũq; vtendum
eo fuerit aquam miſcere, eo temperantes mo
do quo vinum, hęc Galenus vbi neq; mo-
dum, neq; menſuram diffinit, aut mellis, aut
aceti, aut aquæ, ſed id totũ permittit arbitrio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

atqȝ palatu guſtãtium, & pro diuerſitate palatuum, diuerſas parare compoſitiones adducitqȝ ſimilitudinem ex vino, nã neqȝ omnes homines ſub eadem menſura tẽperant aqua vinum, ſed plus minus ve, aquę admiſcent pro vt cuiqȝ comodum fuerit.

ALTERAM OXIMELITIS temperaturã, vt quę quã maxime conueniat plurimis hominibus adhuc modum facere conuenit.

¶ Aceti vni parti duplum deſpumati mellis permiſcere, dein, ſuper ignem non violentũ coquere quouſqȝ eorum qualitates in vnum coeãt, ita fiet vt acetum poſt hac nõ appareat crudum, cumqȝ inſtet vtendi tempus aquã infundere hęc Galenus tertio de tuenda valetudine, vbi definit menſuram mellis & aceti non autem aquæ.

TERTIA PRAEPARATIO oximelitis ex Galeno in qua ſtatim a principio infundit aquam.

¶ Melli admiſceto aquę optime quadruplum, & quoqȝ mediocriter, quo ad aſcendat ſpuma: vbi cocta fuerint, aceti dimidiũ ſuper addito, & rurſus incoquę, eo vſqȝ cali



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tates ipſorũ, exacte vniantur, & acetũ nõ appareat amplius crudum, hęc Galenus eodem loco. Volumus autẽ vt ad hũc modũ diſpẽſetis oximeli: quicũq; Galenum (vt par eſt) prǽfertis Meſuæ. Continet enim vnam aceti partem, mellis duas, aquæ octo: verũtamen vt poſſit reponi. Non cõmiſceatis aquam a principio, ſcilicet cum vti eo volueritis: & vni vncię eius, miſcete aquę vncias duas cũ dimidia.

QVARTA ET VLTIMA cõpoſitio oximelitis ex Galeno, q̃ eſt eaſdem cũ illa quã Meſues habet.

¶ Eſto aceti vncia vna, mellis duę aquę quatuor; coquantur ad tertias, & detrahatur aſſiduę ſpuma; quod ſi fieri forti9 cupis tãtũ aceti iniicies quantum mellis: hæc Galenus. Scire autẽ oportet oximeli quoddã eſſe acre, & ipſum aduerſiſſimũ eſſe illis egrotantibus, quorũ vires nimium deiecte ſunt, nihilq; iuuare illis, q perniti oſſe egrotant: hæc Hipocrates atq; Galenus tertio libro de regimine victus in acutis docent. Alterũ oximeli nõ acre, ſed hæc miſſa faciamus, quia in pręſentia rũ inſtruere docereq; volum9 ex Galeno, modũ conficiendi oximeli & vtendi normam.

τελοσ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Εἰς Ἀλφόνσον γωμέσσιον ἰατρῶν ἄριστον,
Ἀντώνιος Ἅβραμος ὁ ἕλλην.

Τήνδε βίβλον πανδερκῆ ξυνέθηκε βαρβαρομάστιξ,
Ἀλφόνσος πάσης φέγγος Ἰβηριάδος.
δόγματα ψευδολόγων σελίδων ἰδοὺ ὤλεσε πάντα,
συλλέξας γνώμας δῖος ἀριστονόους.
μὴ φοβέεσθε νόσους λοιπὸν βροτοί, ὡς ὁ δ᾽ ἀρίστους
νικᾷ ἀκεστορίης, κῶον ἰδ᾽ Ἱπποκράτη.

¶ Idem carmen ad eundem Alphonſum Go-
meſſium, ab eodē Antonio Habramo
Graiugena latinum factum.

Flagrum Barbariæ, decus Heſperiæq; minoris,
Alphonſus ſcripta hæc vndiq; culta dedit.
Perdidit en cuncta hic iam dogmata falſa medendi,
Priſcorum ſtudijs, optima quæq; legens.
Poſthac nil morbos timeat gens languida, doctos
Artis nam medicæ, vincit & Hippocratem.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte




HISPALI
EXCVDEBAT DOMI-
NICVS DE RO-
BERTIS.
1546.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Mollē frictionē ꝑparare ad linimēta ꝑdicta ⁊ qua rōne.

¶ Caſsiam fiſtulam Arabum nō in omnibus ſubductius potionibus immo rarenter eſſe admittendam.

¶ Pādectarum autorē cū nō paucis aliis medicis ſoedę lapſum ob hui⁹ nominis caſſiafiſtula duplicē ſignificationē.

¶ Arabū caſſiafiſtulā nō ꝑmitti tuto vterū geſtātib⁹: nec icē ſiuas febres patiētib⁹: nec ad ſanguinē, vt dicūt, mūdādū, ſed nec ad pectus leniendum

¶ Tuetur a Manardi etſi eruditiſſimi viri calumnia, Meſue docens aloem nocere ficoſis. Et protegunt Auicenna ⁊ Meſue ſcribentes aloem lędere iecur.

¶ Ius lētiū in prādio: ⁊ betā in cena in ęgrotātiū nō paucorū ꝑniciem a triuialibus medicis concedi.

¶ Purgatoria pharmaca non tepida nec calida, ſed modice frigida eſſe bibenda.

¶ In cucurbitularū applicatiōe duo oſtēdunt cōes errores

¶ In phrenitidis curatione vtramq; humeralē ſeu cephalicam ſimul eſſe aperiendam ⁊ quomodo.

An inter pleuritidis initia ſit ex aduerſo vel ex affecto latere vena tundenda antiquā fuiſſe quęſtionē: et inter Gręcos ⁊ inter Latinos, ⁊ inter Arabes.

¶ Hippocratē ⁊ Galenū ſūmos medicos naturā ducē ſecutos ex affecti lateris brachio, nō ex aduerſo phlebotomaſſe

¶ Aduerſariorū pueriles interpretationes immo peruerſiones autoritatū Hippocratis ⁊ Galeni: et eorū futiles rationes exploduntur.

¶ Oſtenſiuis rationibus ⁊ ad impoſſibile, vt dicunt, aduerſarium deducētib⁹ Hippocratis ⁊ Galeni decretū aſtruit.

¶ Multa Auicēnę deliria qb⁹ ab copioſa phlebotomia medicos deterret, irridet: ⁊ qb⁹ eū nō ſatis ſibi ꝯſtaſſe oſtēdit.

¶ Manardi eneruės rationes, ꝑpter quas ab Hippocrate ⁊ Galeno deſciuit, expenduntur ⁊ repelluntur.

¶ Alia nō pauca nec poenitēda interlegendū ſolerti lectori occurrēt quę cōſulto faſtidio parcentes hic nō narramus.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Illuſtriſſimo ac magnanimo Principi domino Manrico de Lara: duci Naiarenſi: Treuigni ⁊ Ualentie comiti: literarum patrono: Petrus a Ponferrada felicitatem.

NOn eſt cur mireris illuſtriſſime princeps: nec cur temerarię confidentię nota ab maleuolis (ad hoc vnum natis vt alienę glorię detrahant) inurar: q̃ homo ęruditione modica ⁊ tibi ignotus, opellam hanc celſitudini dicare tuę auſus fuerim. Quũ enim (vt antiquam tuam imaginum claritatem ſileam) pręter bellicam gloriam quam velut hęreditario iure a maioribus tuis accepiſti, politiores literas vt conſtans fama eſt) aſſiduo ſtudio illuſtraris ⁊ auxeris, non mihi ſuccurrit cui potiſſimum apologeticos hos dialogos nuncuparem: in quibus ⁊ pugnam non detrectans: irritos hoſtiũ conatus propulſo, eos nõnũq̃ ſuo ipſoꝝ gladio cõfodiẽs ⁊ veritatem quantum in me eſt a ſupercilioſo quorundã p̄iudicio aſſero ⁊ in libertatem vindico, niſi tu eminẽtiſſime ac proinde nobiliſſime princeps q̃ inter Hiſpanię noſtrę primores Martem Muſis ſumma concordia conciliaſti: ad quem vt ad patronum vel dialogi ipſi ſua ſponte ituri erant. Accipe igitur quo ſoles vultu ſplendidiſſime dux in clientelam tuam libellum hunc: in quo ſi eum legere dignatus fueris (vt alia ſcitu digna quę in eo offendes: ⁊ quę a trita triuialium medico-

rum praxi plus dis dia paſon recedunt, omittam) breui com
pendio antiquam illam controuerſiam de qua nunc ſub Cę
ſareis iudicibus lis eſt, an in pleuritidis curatione inter ini
tia ex aduerſi vel affecti lateris brachio mittendus ſit ſan=
guis, pro virili mea agitatam & definitam inuenies. Quem
paucorum dierum laborem ideo lubēs ſuſcepi, vt Hiſpanos
noſtros admonerem, ne adeo momentoſa res a qua non tā
vulgarium ꝙ principum ſalus & vita pendent, ſolis noſtra=
tibus medicis qui Arabum hęreſim quam a tenellis annis
imbiberunt, mordicus tenent: ſic credatur, vt eorum tātum
iudicio & teſtimonio ſtetur. Uerum conſulantur in re adeo
ſeria Itali, Galli, Germani, Angli, vt quod diciturveritas ex
Democriti antro prodeat. etſi omnino non diffiderem apud
nos repiri poſſe non nullos non adeo nomine celebres: quo
niam non tam lucello & gloriole aucupandis, ꝙ bonis lite=
ris colendis indefeſſe inſudant, quibus per ocium licuit rem
hanc exactius forſan rimari & perſcrutari. in quorum albo ſi
non ingenio & eruditione, diligencia certe & labore quibꝰ in
diſcutienda quęſtione hac non peperci, annumerari poſſem.
Tuere ergo nunquam ſatis laudate princeps ab venenatis
liuidulorum morſibus libellum hunc qui pro cōi omnium
vtilitate tantum non expauit diſcrimen, ad te vt vnicum aſy
lum confugientem: quem ſi probaueris tuo nomine fretꝰ ad
maiora tibi ſacranda accingar. Uale noſtri ſęculi decus.
Zamorę vndecimo Calendas Sextiles.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Dialogus primus Apologeticus.

## Spudeus. Philiatros.

SPudęus: Merito dictum eſſe ſine amicicie omnia ſordere, Et contra, vbi amici ibi opes: vel hiſce diebus expertus ſum. Nã ob coeli intemperiẽ intra priuatos parietes totos menſes clauſus ac deliteſcens, dictu mirum ꝙ ipſe mihi diſplicebam. Quid enim agas aut ioco, aut ſerio, quod ſine amicorum conſuetudine gratum ſit? Suborientes nempe animi moleſtias magis lenit amicus videns ſentienſq;, vt aiſit, res proſperas gratiores reddit, dubias pręſentius ſoluit. Si quis te vexat ſcrupus eximit. Nunc igitur quando purior illuxit dies, ac mundus ſibi redditus pluſꝙ cymmerias poſuit tenebras: pertęſus vitam illã cochlearẽ, memet proripui ĩ hũc floridum campum totis exoptatum votis, vt liceret frui liberiori aura cęli. O gratiſſimum ſilentium: & o fontes prataq;. Recte aiunt naturam vel furcis non poſſe expelli. Qui medias inhabitãt vrbes, ac premi gratiſſimũ iudicant, vel reluctantes huc trahuntur. Cęterum ad ſolidam felicitatẽ hoc tantũ mihi deeſt: congerro ſcilicet gratiſſimus quo cum preterita ſarcirem diſpendia. Sed quis eſt quẽ video ꝓperantẽ? manum iactat, coelum ſubinde intuet̃: fortaſſe hic etiã diis gratulatur ob lucem terris redditam. Verũ aut ego pręteritis aſſuetus tenebris nihil in media luce cerno, aut hic eſt meus Philiatros. Certe ipſe eſt: captabo quid ſecũ: ſed q̄d

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt quod ſecum exclamat: PH I. O feliciſſimum diem:
O lucem quę (vt Catullus ait) anteſtas millibus trecentis
extulit tandem Phoebus aureũ ſuum caput. Licebit ami
cos viſere, SP. Salua res eſt: eadem tenetur Helena. Cō
pellabo hominē. Heus Philiatre. PH. Quis homo eſt?
O mi Spudęe vt te in tempore offers. SP. Immo tu te mi
hi quo nec gratioſum nec exoptatum magis euenire potuit.
Rumpemus nunc ſi vacat tanti temporis ſilentium pluſq̃
Pythagoricum: ⁊ ad intermiſſas cōfabulationes lōgo poſt
liminio redibimus. Sed prius libet te percontari, quur prę
ter morem tuum ſubtriſtis es quantũ ex vultu coniĳcere li
cet et cogitabundus? PH. An res humanas eſſe circulũ, va
riaſq; fortunę vices, ⁊ viciſſim vnicuiq; et lęta et triſtia con
tingere neſcis? SP. Noui hęc omnia. Nec me trita latent
prouerbia. Cęterum non poſſum non mirari tantę adeoque
ſubitę metamorphoſeos. Nec eſt cur me amiciſſimũ tibi ho
minem quidq̃ celes, quando, vt vetus habet prouerbium,
Amicoꝝ omnia ſunt cōmmunia. PH I. Quando tibi cor
di eſt caſus noſtros audire, omnia tibi ordine recēſebo: ⁊ qui
dem vera, ita ſummum mihi faueat numē. Noſti tu mi Spu
dęe quāta ſcientiarũ quanq̃ inexplebili ſiti ab ineunte ętate
arſerim: vtq; diſciplinarũ nullã pro virili intactam adoleſcēs
reliquerim. Rei tamē familiaris penuria coactus in medicę
artis piſtrinũ me detruſi: illi omnino me addixi: laborib⁹ ſum
ptibuſq; nullis hucuſq; parcens: ⁊ autores oēs quotquot ar
tis huius extant, diligētiſſime euoluēs. Uerũ q̃uis ſordidos
potius q̃ probatos (vt ętas illa ferebat) ſecutus: ⁊ mihi pla
cebam, et cęteris in precio eram. Quumq; indies ⁊ aſſidua
bonorũ autorum lectione ⁊ doctiſſimorũ virorũ (quos proh
dolor apud noſtrates rariſſimos inuenias) admonitione re
perem: ſophiſmatum ⁊ inutiliũ quęſtionum glande relecta:
cępi Arabum ⁊ Latinorũ quę illos ſecuti ſunt, lectionē faſti
dire: et lautiores dapes diſquirere et deguſtare. Hoc eſt ſele
ctorũ autorũ ⁊ antiquoꝝ (quos conſtat Gręcos fuiſſe) libros



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

legere. Et quoniã ſine Græca lingua (ꝓpter ineptã barbarã ⁊ mutilẽ coꝝ tralationẽ) nec ab Apolline ipſo intelligi poſſent, iã ſenex vt literis grȩcis imbuerer: Cõplutũ me cõtuli: vxore, liberis: re familiari ⁊ lucello poſthabitis. vnde anſam in me debacchandi vulgo et maledicis prębui. Nõnullis abitum meũ in inſaniã referentibus. Alijs autem eiſdẽq; me dicȩ profeſſionis aſſerentibus me inſcitiȩ meȩ in medica arte conſciũ cõſulto Cõplutũ me contuliſſe: conſulturũ. ſ. medicos q̃ illic celebres habebãt. de errorib⁹ quos mihi falſo impoſuerũt. Et adeo eorũ obtrectatio apud incõditã multitudinẽ ⁊ valuit ⁊ valet, vt me doctũ ⁊ varie ȩruditũ etiã inuidorũ iſtorũ cõſenſu fateant. Cȩterũ vt audax ⁊ nouator ab aliq̃b⁹ explodar: adeo vt fuerit mihi bonȩ literȩ q̃b⁹ nomẽ dedi impemẽto ad diuitias parãdas. Et quum tantã bonarũ literarum iacturam (nã et diuitiarum ⁊ mei nominis detrimentũ nõ multipẽdo) memoria ſol⁹ repeterẽ, moeſtitia quam vult⁹ oſtendit, animũ noſtrũ occupauit. Nec enim Stoicoꝝ plus q̃ ſarcam illã apathiã vnquã probaui. SP. Nec Stoici ipſi virgis non ſuſpenſa manu cȩſi probarent. Uerum doleo me diuſſidius vicẽ iſtã tuã (etſi tu eã paruipendas, ⁊ merito ſunt enim humani caſus ꝟtute inferiores) vt ſucceſſib⁹ olim gaudebam. Condolendũ tamen magis detractoribus iſtis cenſeo, in quos nunc rabida iſthȩc inuidia tyrãnidem ſȩuiſſimã exercet: eoſq; ȩterni, ni reſipiant: manent cruciatus. Sed quȩ natura ſunt errata quȩ tibi impoſita dicis: Homo enim cum ſis, poſt lapſam (vt theologi dicũt) naturam: non niſi lippis et cȩcutientibus oculis veritatem cernere vales: quare ⁊ falli ⁊ fallere potuiſti. PH. Nec illud inficior. Non enim tãta inſanirem arrogantia: immo (vt ille ait) nil humanũ a me alienum exiſtimo. Quȩ tamen mihi impegerũt errata tibi recenſebo. Tu (vt libero ⁊ ſano es iudicio) ſententiam feres: a qua ego ad nullum iudicem prouocabo. SP. Auide quicq̃d dixeris audiam. Uerum q̃ tibi inuſerunt nouatoris notã prius refelle. In medica ſiquidẽ arte in qua non de aſini (vt dicit)

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

umbra, ſed de hominis vita ꝛ ſalute agitur: triteꝗ ꝛ multorum eorumqꝫ doctiſſimorum viroꝝ viꝗ innitendũ eſſet. Nec mihi arbitror, quod nouis velut bellicis machinis valetudo noſtra denuo tentetur. Et conſultius iudicio noſtro fieret ſi nõ pauca antiquoꝝ cõmenta reiſcerentur a medicis noſtris, ꝛ velut exilio dãnarentur: ꝙ ꝗ noua ab eis recipiantur et probentur. Phi. Noua cõmenta et queꝗ nec ratione nec experimento firmata ſunt, nihil intercedo quo minus velut temeraria damnanda ſint. Quibus tamen ratio ꝛ experimẽtum atteſtant amplectanda et maxime ſunt, vel Galeno teſte. 14. methodi medendi. Qui medicos iam olim inuentis preſidijs tãtũ vtẽtes, vt iudicio tardos dãnat, eos vero qui firme raciocinationi innixi noua ſemper excogitãt medica ſubſidia queꝗ tandem experimẽto ſolidentur. quod ſolertes ꝛ ingenioſi ſint laudat. Sed ipſius Galeni verba recenſebo. Verũ inquit quoniam de medicamentoꝝ methodo proditum etiã aliquid in ſuperioribus eſt: non parũ autem ꝛ in operibus queꝗ proprie his ſunt dicata, ſatiꝰ ſit ſermonẽ nihil vltra proferre. Quoniã ſatiſfacere etiã ei qui attẽtus erit heꝗc poſſunt. nec enim nos ea e muſis accepimus. Verũ homini ꝗ prudẽs ſit et diligens et mente exercitatus, ipſa rerum natura quid agendum ſit ſuggerit. Ubi vero etiã inueniendi viam ab alio quis traditam ceꝗperit, huic facilimũ eſt per eam vltra progredi. Huius rei amplũ teſtimoniũ fuerit, ꝗ eiuſmodi viri artem maximis operibus illuſtrarunt. Qui vero parũ ſunt prudentes: iꝗ nihil preꝗter ea inueniant: etiam ſi tota vita infinitos artis affectus conſpexerint. Heꝗc Galenus. Adde ꝗ cum cottidie noua morboꝝ genera vel antiquoꝝ aliꝗ et aliꝗ ſubinde connexus humano generi perniciem imitãtes: ꝛ medicis negocium faceſſentes, ſuboriantur: nouas oportet excogitare rõnes curandi, ꝛ noua ſunt antidota concinanda: dũ tamẽ a medendi methodo (quam a diuino Hippocrate inchoatã, et a Galeno abſolutiſſime perfectam accepimus) nec trãſuerſum vnguem diſcedamus. Quod ipſum ego hactenus ſic ꝓ

intellectus mei captu obſeruaui: vt (quicq̃d vitiligatores iſti mihi imponant) nemini in hoc ceſſurus ſim. Ad hęc quū illi publicas vias, plateas, foros, angiportus circuunt: vt omnibus obuij omnes ſalutent, ⁊ omnibus notifiant: dū magnatum domos frequentant, et illos ambiunt, illiſq; adulantur, non vacauit eis bonos euoluere autores: ſed nec Auicennā ſuū principē (vt reor) plegere: cōtēti practico aliquo, quo vt baculo cecoꝝ more viā quam ingrediuntur explorent: cuiq; vt Scipioni velut viribus deſtituti innitantur. Quo ſit vt quęcunq; ego vel alius ex antiquis et probatis autoribus excerpta ad propellendos morbos applicuerimus, quę tamen apud duces illos ſuos non legerint, ab eis protinus velut noua et inaudita damnentur. qualia multa ſunt quoꝝ cauſa me carpunt. SP. Probe et argute primā obiectionē non tam diluiſti, q̃ velut miſſile telum in aduerſarios iſtos ſic retorſiſti: vt interranea eoꝝ non ſine lethali vulnere transfixeris. Verum reliqua omnia erratorū tuorū (vt illi tibi imponunt) capita percurramus. PH. Faciam vt iubes. Dant igit̄ mihi vitio q̃ inutiliter latini et gręci ſermonis proprietati inſudem: vt dictionum ſignificantias aſſequi valeam. SP. Nec iniuria hoc nomine in te inuehuntur. Quorſum enim eſt vocabula medicis pharmacopolis herbariſs receptiſſima: per q̃ quis facile te intelligat, reiſcere: et nouis et inuſitatis vti? Et cęteros q̃ illa nō norūt (quoniā modeſte ſapiūt) floccipēdere ⁊ naſū ſuſpēdere? An tibi ſoli vel paucis ſaltē canes vt aſpēdius cytharoedus? An medicina diuinū donū nō omniū ſed tui ⁊ eorum duntaxat quę latine vel gręce nonnihil deguſtarunt vtilitati inſeruiet? Adde q̃ Galenus tuus diuini Platonis autoritate medicos omnes quotquot nominum curā habent: pleriſq; in locis ſic lacerat, vt iam in prouerbiū abierit, diſputationē de vocabulis eſſe viliſſimam. Petrus etiā de Apono quem conciliatorem indigitant, magni apud medicos nominis, huic ſententię accedit: vt reliquos non commemorē. PH. Immo immerito o optime hac de cauſa me

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

carpunt: eſſem' ego non inficior graui cenſura dignus quos niã ſerius reſipui. Adeo ꝑpoſtere a tenellis annis innutri- tus, vt plus laboris ſuſcipiendum mihi fuerit ad dediſcendũ quę a barbaris pręceptoribus doctus fuerã, q̃ vt humanio- ribus et cultioribus initiarer literis. Damnat vt tu ſcis cita- Galenus curioſe ⁊ anxie de vocabulis quum de re cõſtat diſ- quirere et diſputare. quãdo tamen de re variat ſententia, vel ea incõperta eſt: vel vicinitatis nominũ lubrico facilis eſt in errorem lapſus ſi dictionum ſignificantias ignoremus: ⁊ prę ſertim in medica arte: in qua nõ ſine humanę valetudinis vel vitę periculo a veritatis ſcopo aberratur. Galenus ipſe ple- riſq; in locis commentariorum ſuorum admonet non negli gendas vocabulorum ſignificantias: quorum aliquod nar- rabo. vt videas quantis in tenebris medici iſti verſantur An dabatarũ more maledicentię et ignorantię proprię gladios in tenebris ventilantes. Primo igitur methodi medẽdi a notione ſeu quid nominis definititione quę ſit omnibus in- confeſſo docet artem omnem ſumere initium. Et parũ infra ſubdit nominũ interpretationem ex patrię conſuetudine fa- ciendam: quãuis rerum eſſentię nõ ex iis quę vulgo proban- tur, ſed ex ſcientificis ſumptionibus ſint accipiendę. Secun- do etiam methodi medendi in liminari fere pagina oſtẽdit: quod ad curationem nec obeſt nec prodeſt: hoc vel illud no mẽ indere dum de re conſtet. Ad doctrinã tamẽ opus eſt no minibus eiſque dilucidis pro reb⁹ vti: ⁊ q̄ q̄ ſic res quas do- cturus eſt nominat optimus preceptor eſt. Secundo etiã de ſimplicium medicamentorũ facultatibus nobis ſuffragatur his verbis. Uerum ante omnia inquit nõium ſignificata dili genter diffiniamus: ne quis poſtea per ęquiuocationẽ falli poſſit. Tertio etiã eiuſdem commentarũ de ſimpliciũ medi camentorũ facultatibus in pręfationis calce inquit: At i hoc tertio libro eiuſmodi vtemur oratiõe qualem ab initio pro tinus habere inſtitueram⁹: ideſt diffinitis primo vocis cuiuſq; ſignificatis, deinde tractatus huius elementa traditur: mox

ad ſyllabas accedemus: ex quibus operis finis ad quem cō tendimus prompte ſequetur. Item eiuſdem libri capite ſecundo ex nominū diſcretione quā capite immediate pręcedēti ſtatuerat: ſe non parū ad aſſequandam iudicij cognitionē adiutum. Tertio etiā eiuſdē com. cap. xi. apertiſſime noſtrę ſentētię calculū addit. His ergo inq̄t occaſionibꝰ ꝑturbatꝰ cōfuſuſq; nominū vſus rerū quoq; vna confundit notitiā: ſic vero et de ſicco ⁊ de humido confuſis ipſorū nominibꝰ: rerū quoq; notitia cōfuſa eſt. Ac tametſi exile videatur nominū ſignificata probe diſtinguere: attamen maximū habere momentum ad facultatem et rerū cognitionem deprehenditur. Hęc Galenus. Sed eſto autoritatū modꝰ. Quod ſi Galeno ipſi cuiꝰ ſęculo Latina et Gręca lingua vigebant, ſtudiū hoc vocabuloꝝ fuit neceſſariū: q̄d tēpeſtate noſtra cenſebis, qua medicina quā Hippocrates et Galenꝰ eloquētiſſime et luculentiſſime nobis tradiderūt, tota cōſpurcata et contaminata eſt ab exteris et barbaris autoribus, et ab indoctis traductoribus, qui linguam vtrāq; et latinam et gręcam iuxta ignorabant. vnde innumeri ad nos emanarunt errores: de quibus Leonicenus, Manardus ⁊ alij docti viri ſcripſerunt. ſed nec cēteſimā eoꝝ partem attigerunt. paucis illis quos notarūt, erroꝝ mare nobis ſignificantes, vt nos admonerent ne ſine delectu et iudicio autores iſtos legeremus, eiſq; tantam rem quāta eſt hominum ſalus ⁊ vita inconſulto et temere cōmitteremus. Ad inſaniam enim proxime accedere videtur alioꝝ deliria minutim perſequi: nec ab errore eſt immunis: qui quū omnia alioꝝ errata inſectatur, bonas literas peſſime perdit: ⁊ ocium cum ingrato labore ſine negocio amittit. Medicoꝝ autem ⁊ pharmacopolarū ⁊ herbarioꝝ vulgꝰ nō tanti faciendum eſt, vt loquendi ⁊ ſcribendi leges ab illo petendę ſint. Et quod a tot ſęculis barbara ⁊ monſtroſa vocabula ſint recepta: non nos cogit vt illis vtamur. Recepta. n. ⁊ probata tot perditis ſęculis fuere: quoniam ab antiquis ⁊ doctiſſimis autoribus tradita, iam inde ab Gothorū tēpo

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ribus cū bonis artibus perierunt. Nunc autē quum ōmnia humanitatis ꝛ politioris diſciplinę ſtudia ſint velut ab inferis reuocata: ſelecta etiam vocabula recipienda ſunt. Quippe quę ſępius vel morboꝝ vel accidentiū vel ſimplicium vel compoſitoꝝ medicamentoꝝ aliarumqꝫ rerū medicę arti attinentium vim ꝛ naturā velut digito oſtendant. vt Galenum, Dioſcoridem ꝛ cęteros ꝓbatos autores diligenter legēti innoteſcet. ideoqꝫ nunc ab exēplis abſtinebo. ineptus autē vocabuloꝝ illoꝝ vſus (ſi vſus dicendus eſt) nō eſt cur q̄m diuturnus amplectend⁹ et fouendus ſit. potiuſqꝫ eo nomine deteſtandus magis ꝛ eliminādus eſt. Qui enim error longa conſuetudine altius egit radices, deterior ꝛ ꝑnicioſior eſt. Apponenſis autē tuus quem citas, fuit fateor legendi auidiſſimus: ſed ꝛ pauca recte collegit: ꝛ parum pio cordatoqꝫ iudicio fuit: vt ex Conciliatore eius ꝛ cōmētarijs quę ſuꝑ Ariſtotelis problemata ędidit patet. quiqꝫ ꝓpter gręcę ꝛ latinę linguę imperitiā (tāetſi de vtraqꝫ ſe iactat) in non paucos ꝛ pueriles incidit errores: quoꝝ aliquot q̄ mihi nūc ſuccurrūt (vt tibi riſum mouēā) recēſebo. Oīa nāqꝫ ꝛ maioris momēti errata viri illius perſequi, inutile pariter ꝛ moleſtum eſſet. Querit itaqꝫ Ariſtoteles. 25. ſectionis. 11. problematū quid ſit in cauſa ꝙ paleis ī pauimēto orcheſtrę ſparſis chori vox min⁹ ſentiatur. At Apponenſis tuus quęrit, quare eſt ꝙ ioculatrices cantatrices quando contendunt adinuicem ꝛ rixātur minus fiunt chori. Eiuſdem etiam ſectionis. 38. reſpondet Ariſteles problemati quādo quęrit propter quid porrū reddit vocē ſonoram his verbis in antiqua tralatione. An inquit quod ꝛ allia elixa leniunt. ꝛc. Verū Apponenſis exponit: alia ꝑ elixationē ſęuire et deteriora effici. vt mel ꝛ zucarū. ꝛc. alia vero non ſęuire: vt porrū ꝛ allia: quoniam habēt inq̄t viſcoſitatem quandā lenitiuam. quum Ariſtoteles inibi nihil tale ſomniarit, ſed de allijs quę Gręci ſcoroda appellāt locutus fuerit. ſeptimo etiā ſectionis. 12. problematum q̄rit Ariſtoteles quur ſuauius olent roſę quibus aſper q̄ quibus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lenis vmbilicus eſt. At Apponenſis latini ſermonis igno-
rantia detentus: per vmbilicum hominis vmbilicum intel-
lexit: neſciens & roſis & vnicuiqꝫ rei extenſę eſſe vmbilicum.
& Ariſtotelem introducit querentē. propter quid delectabi-
lius odorant roſas, homines quibus aſper ꝙ quibus lenis
vmbilicus eſt. quumqꝫ nihil ſit ignorantia foecundius: eoꝝ
pcipue quę philautia ſeducti, vulgo etiam ſapiētes habent
vt inepti ſui ꝓblematis rationē redderet: mirū eſt ꝙ multa
altiꝰ repetita ex phyſica morali & humani corporis hiſtoria
& ex diuinatrice aſtrologia cui (quippe ſuperſtitiōes omnes
imbiberat) deditiſſimus fuit in notando quodā inſeruit. Sp.
Satis ſuperqꝫ in Apponenſem inuectus nunc es, nec mul-
tis eges vt temerarij & barbari hominis inſcitiam mihi per
ſuadeas. Quum iam olim apud illum legerim Meliteos ca
nes qui delicatis mulierculis ſunt in delicijs: dici Meliteos
quaſi militares: ꝙ milites illis ad feras venandas vtantur.
Relicto tamen Apponenſe & alijs factioni eius addictis cū
innumeris illoꝝ ineptijs. illiꝰ enim autoritatem nullis ratio
nibus apud noſtrates medicos eleuabis: ad alia quę tibi ob
ijciunt diſcutienda accedamus. Ph. Obſequar tibi quum
prius audies a me quod proximis his diebꝰ accidit medico
cuidā eiuſdē farinę, magni tamen inter noſtrates precij: cu
ius nomini parcam. Aderā ego cum non paucis alijs (vt fie
ri ſolet) examini pharmacopolij cuiuſdam in oppido quodā
quod etiam tacebo. Seplaſiarus examinis iudex a prętore
& ſenatoribus conſtitutus, iuſſit afferri precioſum illud aro-
ma quod moſchum appellant, de quo nulla (vt noſti) apud
Dioſcoridem extat mentio: quo allato accepit bonꝰ ille me-
dicus Dioſcoridis librum de medica ſylua & nominū ſimilitu
dine deceptus caput de muſco perlegit. Quumqꝫ ex Dioſco
ridis lectione nigricans muſcus damnetur & candicans pro
betur, & ea ratione aroma illud nigricans a ſeplaſiario fictę
reijceretur: noſtras ille medicus aromatis illius nigredinē
in temporis diuturnitatem vt in cauſam reijecit: & ſeplaſiariꝰ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

etas. Nec ex Haleno mihi ſumam patrocinium: quoniam di uinatrici aſtrologię (qua nõ in ea parum doctus) nimiũ fa uit: qui ſcdo dierum criticoꝝ. cap. 4. contendit lunã tres dies in coitu eſſe cũ ſole: quo tẽpore nihil in nos agat. Sed nec qa inſtantibus vel coitu vel oppoſitione lumiuariũ aeris muta tiones frequenter videamus, pdictas euacuationes in aliũ diem differemus: dũ morbus ſit magnus, vires valeant, flo reat ętas: quos primos euacuandi ſcopos nobis propoſuit Halenus in commentario de ſanguinis miſſione. Nec etiã contingunt aeris quas diximus mutationes ſtato, vel ple niluniĳ vel nouiluniĳ die in quo ab euacuationibus abſti nent: verum dies illos vt plurimũ vel anteuertũt. vel ſequũ tur. Quod ſi ſtatis illis diebus coelũ ex ſudo tenebroſum, ex tranquillo procelloſum: ex temperato vel ſumme calidũ, vel frigidum fieret: non eſſent tanti variationes illę vt omnino dictas vacuationes fugeremus, quod dicitur, cane peiꝰ ⁊ an gne. Nam non minoribus aeribus variatiationibus inſtanti bus extra illoꝝ aſpectuũ momenta ſi neceſſitas vrgeat, ⁊ ve nam ſecamus, ⁊ aluum vel catapotiĳs vel potionibus ſubdu cimus. Quod ſenſiſſe videtur Hippocrates quarta apho riſmorum ſectione: quum ſyrio ardente vacuationes non ve tuit, ſed moleſtas eſſe dixit. Non pauci etiam illoꝝ vel pmę claſſis vt in morbis prolixis ab atra bile pendentibus, ſplenẽ infarcto ⁊ indurato ſubueniant, in ipſo interluniĳ momento. ex ſiniſtra vel baſilica vel ſaluatella ſanguinẽ mittere iubẽt Et ego quõdam illos ſecutus nonnullos ad hunc modũ ipſo etiam acceſſionis die phlebotomaui, ⁊ a quartana febre quã patiebãtur, ſubito liberaui: et tanti huius iuuamenti adeoqꝫ repentini cauſam quidam illoꝝ adfert, quoniam ſcilicet atra bilis tunc tacito quodam naturę cõſenſu efferueat: qua rõne eo temporis ſit maxime ſanguini intra venas cõmiſta, expe rimento a cineribus ſumpto, qui aquę in illo interluniĳ arti culo vt ille teſtatur miſcentur: quum antea in vaſis fundo ſi derent. aperta igitur tunc vena facilior multo qꝫ antea pa



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tet exitus atrę bili. Ceterũ experimenti illius fides ſit apud illum, nam mihi non contingit illud experiri. SP. At iniuſte ⁊ indicta cauſa te damnãt: verum nihil ambigo ſi te tua propugnantem audirent: eos ſua ſponte recãtaturos. Sed amabo: perge ad reliqua quę tibi reſtant tuenda. PH. Obſequar tibi a quindecim ⁊ eo amplius annis vſus ſum ego ⁊ non infeliciter, in intermittentibus febribus ⁊ nonnullis alijs morbis hypocundria ⁊ vẽtriculũ illinire ⁊ fomentare vnguinibꝰ oleis malagmatis et cęteris id genus localibus auxilijs anteq̃ ſubductiuis pharmacis corpꝰ vacuẽ. SP. Inauditũ ſęculo nr̃o medẽdi genus: ⁊ a Galeno tuo ſi recte memini pluribꝰ in locis medẽdi methodi vt mortiferũ exploſũ narras. rẽq; mihi gratiſſimã facies ſi q̃cq̃d illõ fuit qd ab vſitato modo medendi te diſcedere coegit: adeo vt (qd dicit) cornicũ oculos cõfigere videaris, mihi non inuideas. PH. Morem tibi gerã. Quum ſeptẽ iam annos medicę arti oĩo me addixiſſem ⁊ lõga obſeruatiõe vidiſſem nothas tertianas ⁊ febres a miſta materia pendentes, nec ſubtili victus ratiõe adhibita, nec ſanguinis miſſione, nec cientibus aluũ medicamentis etiam poſt humorũ concoctionẽ leuari: potiuſq; incrudeſcere: adeo vt prope ęſtatis finem appetẽte autumno tãdem nõ pauci tertianę charibdim effugiẽtes, in quartanę ſcyllam incidebant. quod ipſum ⁊ nũc medicis magni alioq̃ nõis contingit: cępi mecũ diſq̃rere q̃d nã adeo ſiniſtri euentus eſſet cauſa: medico pręſertim (vt ego rebar) a medica norma non diſcedente: ęgrotante etiam in nullo peccante. ⁊ adſtantibus fideliter et ſedulo munus ſuum exequentibus: cũ externoꝝ ſimiliter vt Hippocrates iubet prouidentia. Primoq; occurrit mihi Auicenę monitus pma. 4. T. 2. ca. 6. medicos admonẽtis q̃ quãdo cauſa prolixitatis febriũ nõnunq̃ eſt viſcerũ obſtructio: ſupinet ſic febriens ⁊ tangant viſcera eius. Quũq; hoc in mentẽ venit aliquorũ adhunc modũ febricitãtiũ viſcera tetigi: inueniq; ea tẽſa dura ⁊ obſtructa: appoſitiſq; mollientibus ⁊ aperientibꝰ ad votũ ſucceſſit. Et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quū ſimilia medicamenta aliis ad eundem modū affectis in ter morbi etiam initia applicita ꝓdeſſent: adeo vt nec animi deliquium: nec inqetudines: nec tormina ſubducto phar= maco aſſumpto paterent: ratus ſum id voluiſſe Hippocratē ſecunde ſectionis aphor. 9. quum dixit corpora quū quiſpiā purgare voluerit, oportet fluida facere. ad hec cernēs febres ſuapte natura. prolixas breuiari, et febricitātes omnes mihi commiſſos hoc medicandi genere quartanam euadere: exi= ſtimaui me non quod pueri aiunt in faba reperiſſe, ſed quod medicorum poſteritati ad expugnādos morbos nō paruo erit adiumento: modo equi boniqꝫ conſulant: nec an antiquis il lud fuerit in vſu me tangit: ſatis erit mihi ſi quod autoritati= bus et rationi nō aduerſetur et experimento ſtabiliatur: velut qui pharmaco fabā adiecit addidero. Inuentis enim' (ſi Ga leno vt par eſt pmo methodi medendi credimus) fidē faciūt ratio et experimentū. Hoc itaqꝫ noſtrū inuentū quū a rōne nō abhorreat et experientiā habeat teſtē: non eſt cur a doctis ſit reiiciendum: vel a me nō ſit vt quod maxime amplecten dum et ſinu fouendū. nec adeo analphabet⁹ ſum: vt nihil va leam in ea preſertim re in qua a tenellis annis indefeſſe inſu daui: quū et ſtultus nōnunq̄ valde oportuna locut⁹ ſit: vt ver⁹ habet adagiū. S. P. A. Multa mihi ad expugnandū inuen tum hoc tuū ſuccurrūt: ſed pge: rōnes .n. et autoritates qbus inniteris prius vellem audire. P. H. Ut ergo voto tuo faciā ſatis: duo per ordinē perſuadere nitar. Primo perperā age re medicos qui ante albi ſubductionē ſolam peccantiū et nō turgentium humorum concoctionem expectant: quoniā .ſ. vltra illā opus eſt et meatus ſi obſtructi ſunt aperire. et mem bra a quibus et per que euacuandus eſt noxius humor emol lire. Secundo oſtendam eiuſmodi medicamenta ſic applici ta habere facultatem et concoquendi humores et reſerandi vias et molliendi membra. tandemqꝫ obiectiones quas iam in me vt dicis paraſti pro virili reiiciam. Primum ex nō pau cis Auicenne dictis deducitur. Quarta ſiquidē pmi his ver



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bis ſententię nrę ſubſcribit. Quod aũt magis debem⁹ inqt in huiuſmodi diſpoſitione cuſtodire eſt habitudo canalium: ne ipſi ſint clauſi. ꝛc. Et capite quarto eiuſdem fen. Verũ tamen inquit anteaꝙ ventris fiat ſolutio aut vomitus, pmittenda eſt humoris ſubtilatio qui eſt euacuandus: et amplificatio canalium, et ipſoꝝ apertio: quoniam hoc eſt quod corpus a poena ſecurum reddit. quod etiam Vgo Seneſis doctiſſimus Auicennę interpręs emunctiſſimę naris homo inter enarrãdum lectioné illã aptiſſime cõfirmat annotamẽto primo dicens. Ubi nota inquit ꝙ tria oportet pparare ante euacuationem. Primũ eſt humor ipſe in ſuo modo ſuſtantię. Et quia plurimum humor eſt inept⁹ euacuationi ꝑ groſſiciem ꝛ viſcoſitatem: ideo Auicenna dixit de ſubtilatione ꝛ inſciſſiõe: volens quod ꝑ hoc intelligamus: quod ſi quãdoq eſſet ineptus propter ſubtilitaté quod ingroſſetur. vt dicitur prima quarti de cura febrium putridarum in generali. Secundum quod oportet pparare ſunt vię trãſitus vt venę et pori: ꝛ iſti ſunt amplificandi et aperiendi. Tertiũ eſt ipſum membrum ꝑ quod fit eductio: vt inteſtina ſtomachus ꝛ meri: et hoc fit aſſuefaciendo ad fluxum per ea quę leniunt ꝛ lubricant: ꝛ per ea quę vomitũ leuiter prouocant. ꝛc. Hęc Vgo Seneſis, ꝙ Galeni autoritate ſupra citati aphor. 9. ſectionis ſcdę aphoriſmorũ ꝙ dixerat fulcit. Sed pſtiterit Galeni ipſius verba in citati cõmenti calce narrare. Fluidum autem inquit erit vt diximus corpus, ſi meatus oẽs aperuimus: ꝛ humores incide rimus ꝛ ſubtiliauerimus: ſi vſpiam corporis craſſus ac glutinoſus humor fuerit. Hęc Galenus. quod ipſum Orbaſius in compendio medicinę capite de catharticis ex Galeno ad hunc modũ docet. Oportet inquit antea extenuare et incidere pingues ꝛ glutinoſos humores: ꝛ poros per quos iſti per currunt vt ad catharticũ aperiantur. Hęc Oribaſius. Item Auicenna dictę fen. c. 5. iubet balneũ ingredi ꝑ aliquot dies anteaquam ventris ſolutio fiat. quoniam inquit eſt ex eis ꝙ bene pręparant: niſi aliquid prohibuerit. Quod exponens

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ugo Senẽſis annotamẽto primo apertiſſime fauet ſenten:tię noſtrę dicens. Et in vſu inquit dicti balnei ante pharmacum eſt vtilitas ſubtiliandi humorem, et vtilitas aperiẽdi vias, et vtilitas mollificandi inteſtina ⁊ ſtomachum. Et ſubdit Auicẽna: fricatio quoqꝫ et ex oleis inungi ẽ ſimiliter ex pręparatorijs. Item parum infra dicit Auicenna. Faſtidium vero habentibus, ⁊ humores viſcoſos: et in hypocundrijs tenſionem, aut qui in ſuis interioribus habent inflationem, aut opilationes: non eſt dandum aliquid donec iſta rectificentur nutrientibus mollificãtibus ⁊ balneo ⁊ requie. Alſaharauius etiam inter Arabes medicos non poſtremę notę: tractatu decimo theoricę ſuę. cap. primo nobis aſtipulatur his verbis, Et non ſumatur inquit laxatiuum niſi poſt lenificationem naturę cum brodijs pinguib⁹, ⁊ vtatur ante aſſumptionem eius balneo, ⁊ effuſione multę aquę ſuper corpus ⁊ ſeſſione in ipſa. Ex quibus colligitur Auicẽnam ⁊ Alſaharauium cum nõ paucis alijs quos nõ cito voluiſſe emollire corp⁹ ante euacuationem balneis illis. ⁊c. Quibus ego fomenta, vnguenta ⁊ alia malagmata ſuffeci. SP. Poteris tu, ni fallor, corpus mollientibus clyſmatis, vel epota caſiafiſtula, aut ſimili aliquo mollitiuo ebibito, molle reddere ad votum. PH. Si clyſteriorum vis (vt incõfeſſo apud omnes eſt) ad tenuia inteſtina non attingit. qui fieri poteſt vt illis ſolis corpus molliatur? At acuta clyſteria quoniam febres ſuſcitant, ⁊ iecur debilitant: vt Auicenna quarta primi. cap. 17. teſtatur. nemo ſanę mentis (niſi alius maioris momẽti ⁊ periculi morbus inſtet) iniſcere iubebit. Quę etiã immiſſa ⁊ feces a membra ad quę eorum virtus pertinget indurabũt. lubricam etiam humiditatem qua interna ſuperficies inteſtinoꝝ a natura donata eſt: vt fecib⁹ ſit labina abſumẽt: q̃a ex calidis ⁊ ſiccis cõſtãt medicinis: ac ꝓinde nõ emollient. Porro caſia fiſtula ⁊ mollitiua alia quę dicis, ebibita mollient ⁊ vẽtriculũ ⁊ inteſtina, nõ inficior, meatulos tñ nõ reſerabũt. Nec ſi illõ efficere poſſent ⁊ peccãtes etiã hũores



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

maturare, illorum vſus ſemper eiuſmodi ęgrotātibus expe
diet. nocent ſane mollientia hęc ebibita quib⁹ viſcera ſunt de
bilia. Accedit ad hoc ꝙ ſępiſſime ab valetudinariis adeo fa
ſtidiuntur, vt vix vel ęgre ea poſſint aſſumere. Quod ſi vel
ſemel a principio illa ebiberint, omnia alia pharmaca abo-
minātur ⁊ abhorrēt. Quare ſatius duco eiuſmodi molliētia
ebibita a principio relinquere. SP. Prudenter iudicio no
ſtro omnia expēdis ⁊ colligis. his tamen omiſſis ad reliqua
diſſerenda propera. ſed iuxta fonticulum hunc ſupra virentē
herbam recūbamus. iam enim longa deambulatione defeſ-
ſus ſum. PH. Lubēs quod iubes faciam: genua ſiquidem
noſtra labāt, ⁊ exucca noſtra ętas illō imperat. SP. Quin
quageſimum vix attigimus annū (ſi recte computo) ⁊ iā exuc
ci ⁊ effoeti erimus: PH. Quid ni o bone tot ęrumnis tamq;
diuturnis perpeſſis: innumeris etiam tędiis deuoratis: quę
vt quę maxime corpus eneruant, genuinū extingūt calorem:
innatam humiditatem abſumūt, ⁊ ſenium tandē et mortem
accelerant. cęterum parerga hęc ſunto. ad promiſſa redeo.
Secundum quod me tibi perſuaſurum dixi eſt eiuſmodi fo-
mentis vnctionibus ⁊ malagmatis quibus ego vtor inditā
eſſe a natura facultatē ⁊ humoꝝ concoctiuā: ⁊ viarum reſera
tiuam: et membroꝝ mollitiuam. Primoq; quod valeāt ma-
turare humores eſt Auicēnę ſentētia. pͥma tertii. T. primo.
cap. 29. quod eſt vltimū tractatus illius. docentis inibi dige
rere humores in capite contentos vnctionibus ⁊ emplaſtris
immo inquit Auicenna melius ꝑpa rātur ad expulſionē vn-
ctionibus ⁊ emplaſtris ꝙ ſirupis: quare a fortiori humores
vētriculum, iecur, ſplenē ⁊ meſeraicas occupantes eiuſmodi
vnctionibus fomentis ⁊ emplaſtris maturabūtur. at in no
this tercianis et cęteris intermittentibus febribus in quib⁹
ego eiuſmodi medicaminibus vtor: vt plurimū earū humo-
rales cauſę in mēbris illis continentur: quod Auerrois ſe-
ptimo colliget. cap. 14. teſtatur aſſerens febriū cholericarū
materias in iecore, phlegmaticarū in ventriculo, ⁊ melācho

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſicarū in ſplene cōtineri. Cui ſentētię ego nō inuite accedo: p̄ſertim quum in harū febriū proceſſu (niſi a principio medic⁹ obſtet) nunq̄ non cōquerātur ſic febricitantes (niſi cōpetentem victus rationem ſeruēt, ⁊ naturalibus facultatib⁹ valeāt) de aduerſa dictorū mēbroꝝ valetudine, accedēte ſępe morbo regio: ⁊ poſt morbū regiū aq̄ intercute: ⁊ tādē morte q̄ oīa debellat. Sym. Gentilis Fulginas vel primi inter neotericos nominis Auicēnę lectionē quam nunc ex prima tertij citaſti, non de humoribus intra ſed extra craneum contētis cōcoquendis intelligit. quoniam inquit medicinarum extrinſecus applicitarum virtus non ſic ad interna ſicut intrinſecus ſirupoꝝ forma epotarum penetrat. Cui aſſentitur Nicola⁹ Florētinus ſermone tertio. Ph. Etiā ſi vt Gentili viſum eſt et alijs eū ſecutis: Auicēna vnctionib⁹ ⁊ emplaſtris illis materias extra craneū et non intra p̄parari ad euacuationem iuſſiſſet ſatis ſuperq̄ notum relinquitur ex Auicēnę decreto humores ad dictum modum poſſe maturari: tametſi non ſit cur Gentili potius q̄ Jacobo a Partibus in hoc cōſentiamus, qui illam Auicennę lectionē non arctauit: quādo Auicēna ipſe non ſe arctauit: immo rōni cōſentaneum videtur: q̄ quum caput illud ſit ad omnes capitis morbos curādos generale. quod gn̄aliter iuſſa ei⁹ in omnibus exequanť. Nec adduci poſſum vt credā virtutē medicinarum q̄ ſirupos ingrediūtur integriorē ad caput q̄ exterius appoſitarū medicinarum p̄uenire: quoniā iſtę nec dum cōcinantur adeo ſicut illę tranſmutanť pote in quibus fere ſola vel zucari vel mellis (rerum ob partium viſciditatem ⁊ tenacitatē difficillime diſſolutionis) virtus ſeruatur. nec etiam exterius admotę adeo a temperato externarum partiū calore: ſicut interius aſſumptę ab potentiſſima viſcerum caliditate diſſipantur ⁊ ab genuinis qualitatibus deſciſcunt. Sym. Qui fieri poteſt vt medicaminum exterioꝝ vis craneū quod in mortuis ⁊ in viuis duriſſimū cernimus penetret? Ph. Per ſuturas ſeu mauis dicere cōmiſſuras facilis patet externis medicamentis aditus



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ad interna: quanq̄ etiam per latentes oſſiū meatus ꝑ quos natiuus calor depellit excrementa ad interna: nōnihil medicamentorum exterius applicitorum ad cerebri intima admittatur. cottidiana ſiquidem experientia n nobis obſeruatum eſt in phrenitide lethargo inſomnietate et cęteris ad hūc modum capitis morbis: quorum cauſę intus latēt, embrochationes ſeu infuſiones ⁊ vnguina exterius applicita non inſtrenue immo celerrime prodeſſe. nec quoniam oſſa capitū mortuorum adeo dura ⁊ compacta videamus, in viuis non erunt minus dura, et maiuſculis meatulis multo tranſpirabiliora. Et vnde digreſſi ſumus redeamus, Leonardus Legius qui Saleni flores congregauit: in libello, cui Medicorum introductorium nomen indidit: caput illud ex Auicenna ſupra citatum enarrans ſententię noſtrę applaudit: cuius verba narrabo. Debetis ſcire inquit, quod digeſtio non tantum cum ſirupis fieri ſolet, vt ignari medici credunt, immo cum emplaſtris, confectionibus, electuariis, epithimatibus: cum cibis ⁊ potibus ⁊ cum fricationibus etiam fieri poteſt. Et hoc non a me abſolute prolatum eſt, ſed de mēte Conciliatoris: differentia quinquageſſima. Hęc Leonardus Legius. Platearius etiam in Commentariis ſuper Nicolai antidotarium, inter enarrandum Aureę Alexandrinę deſcriptionem, non longe a principio factioni noſtrę accedit in annotamēto quodam dicens. Nota tamen quod ſi humores ſunt congeſti ⁊ viſcoſi, non debet dari aurea Alexandrina, quia compactiores eos reddit, ⁊ incurabilem reddit ęgritudinem: niſi prius fuerit materia digeſta per vnguenta mollitiua. Hęc Platearius. Arnaldus etiam a villa noua in ſuo antidotario iubet in morbo articulari a cauſa calida anteaquam nocui humores electuario de ſucco roſarum euacuetur, inungere iuncturas ex oleo violarum. Quod niſi ad humoris in illis contenti maturationē ⁊ pręparationem quo melius attrahenti ſubductiuo obediat, non iuſſiſſet. Pręterea Auicenna. 13. tertii. Tractatu pri

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mo:cap.tricesimo tertio.pro nobis ſtat.cuius verba nunc au- dies, quę parum poſt medium capitis inuenies. Si autem inquit humor eſt groſſus, tūc rectius eſt vt inſcidatur ⁊ ſub tilietur cum potionibus inſciſſiuis ⁊ ſubtiliatiuis. Et parum infra ſubdit: et cum emplaſtris ſubtiliatiuis. Quod etiam prima quarti capitulo de cura tertianę non verę confirmat di cens. Si autem ęgritudo prolongatur non inueniemus ex- cuſationem quin demus ea quę ſunt ſicut trociſci de eupato- rio ⁊ decoctio eius. et calefactio partium hypocundriorum eſt huius generis, ⁊ emplaſtratio mirach cum eis quę dige- gerunt ⁊ maturant ⁊ mollificant tenſionem cum venerit il- lic. Quum igitur ſciueris quod digeſtio iam aduenit, tūc eua- cua. S.P. Si Auicenna ad huiuſmodi vnctiones ⁊ empla- ſtra poſteaquam morbus prorogatur accedere iubet, mul- tas iam oportet pręceſſiſſe euacuationes. Tu tamen vt fate- ris ſtatim inter morborum initia illis non ſine errore (vt reor) vteris. P.H.I. Quando febres has ſpurias ⁊ pręce- cipue quę cum manifeſta in nutritiuis membris tenſione ⁊ obſtructione incipiūt: conſtat ſuapte natura protelādas: quor ſum eſt tēp⁹ ⁊ valetudinarij vires incaſſum inſumere: Quur non ſtatim a principio illis ne proferātur obſiſtemus: Pręe ſertim quum niſi obſtructa prius reſerauerimus: humo- res ſolutiuis pharmacis non obſequentur: immo et ſan- guinis miſſio vel ex baſilicis vel ex ſaluatellis ad infar- ctus hos tollendos (vt ſępiſſime expertus ſum) vel parum vel nihil iuuamenti adfert: niſi eiuſmodi fomentis ⁊ vnctio- nibus et malagmatis ſubcartilaginea illa ſint emollita, et reſerata, et humores ad exitum obſequentiores. Gale- nus etiam primo de arte curatiua ad Glauconem (qui li- ber a medicorum vulgo perperam de febribus ad Glau- conem appellari ſolet) de nothę tertianę curatione agens) vnde Auicenna dictum ſuum quod nunc citauimus vt non pauca alia cōſueuit, mutuatus eſt) quiete hypocundriorum ex calefactione ⁊ calefaciente et ſubtiliante victus ratione ⁊ oxi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

melite, ꝛ abſinthiū coma humores prius concoquit, Demum
aliquid ex iis quę molliter vētrem ſubducūt, ad vacuādos
humores exhiberi iubet. aperte nos docēs quod ſi humores
in nothis tercianis peccātes hypocondriorum calefactione
quę laxet et emolliat et reſeret, et eos cōcoquat: et aliis quę
diximus ſint pręparati, eos leui ſubductiuo poſſe euacuari.
Quod etiā eodem libro quartanarum febrium curā docēs,
confirmat his verbis. Statim vero inquit ꝑcipiendum eſt vt
diu conquieſcat ac viſceribus prouidendum, vngēdo atqꝫ em
plaſtrando iis quę mollire ꝛ laxare poſſint. deinde medica=
mētis vtendum q̄ ciendi vrinam vim habent. Et ſi coctionis
morbi ſigna aparuerint, tūc purgare oportet iis q̄ humores
atros exinaniendi vim habent. non ſemel tātum, ſed ſępius
ſi fuerit neceſſariū. Te admonitū hic obiter velim ſiquidē in
Leoniceni tralatione mēdoſe acres legi: quos ego atros grę
co exemplari conſulto dixi. Vides igitur vt Galenus in proli
xis febribus nulla ꝑcedēte euacuatione huiuſmodi mollięti
bus cōcoquentibꝰ ꝛ aperientibus vnctionibus ꝛ emplaſtris
vtebatur. Quod ipſum Paulus Aegineta Galeni ſimia de
arte medēdi libro ſecūdo. cap. 21. et cap. 23. quod eſt de quar
tanarum febrium curatione eiſdem fere verbis docet. Aegi
ptius etiam Moſes ſectione octaua ſuoꝝ aphoriſmoꝝ apho
riſmo ſcdo. autoritate Galeni epidimioꝝ morboꝝ expoſitiōe
ſcda huic ſentētię calculum addit. Innumeras alias autori=
tates afferre poſſem ad propoſitū noſtrum firmādum: ſed ad
ductis contentus, ad reliqua ſi iubes accedā. SP. Immo id
vnū a te nūc efflagito vt illō breuiter ꝛ cōpendioſe ediſſeras.
PH. Lubēs tibi obſequar. Pollicitꝰ ſum, ſi meminiſti, oſten
ſurum dicta medicamēta exteriꝰ vt expedit apposita meatu
los ꝛ vias aperire, quod notū euadet, modo conſtet ea eſſe
compoſita ex penetrantibus ꝛ reſerantibus admiſtis paucis
adſtringentibꝰ: quoꝝ vi aperientia ꝛ penetrātia ad interna
propellātur. et maxime facta prius ſemper molli frictiōe vel
aperitiua fomētatione: qua et meatus pręcedentibus vngui

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nibus vel ſordibꝰ clauſi reſerentur, ⁊ membroꝝ illoꝝ natiuꝰ
calor excitetur. cuius eſt eiuſmodi medicamentoꝝ vires ve-
lut emortuas ſuſcitare, quo etiam attractrix membroꝝ illoꝝ
facultas velut inſtrumento vt illa ad interna attrahat vtit.
Nec enim ſyderitis lapis ferrum, nec ſuccinũ paleam ad ſe
rapiunt, niſi prius fricentur. Quod autem medicamenta di-
cta valeant externa membra quibꝰ apponunt emollire, ꝓba
tione nõ eget: quum ex ſimplicibus mollitiuis concinentur,
quibꝰ potiſſimum membroꝝ retentrix facultas debilitatur.
quippe ꝗ frigiditate ⁊ ſiccitate iuuatur ⁊ roborat. Dixi ꝗ̃ bre
uiter potui. tuum erit iam ꝗ paraſti tela in me iacere: ego pro
virili partes noſtras tuebor ⁊ propugnabo. nam ſi tibi domi
eſt enſis ⁊ nobis machera vt aiũt. SP. Aiacis clypeo eges
vt a nobis illęſus diſcedas. PH. Amabo ne verba prodiga
mus: ecce iuxta vetꝰ adagiũ Rhodũ. ⁊ ecce ſaltũ. SP. Aui-
cẽna vt hinc initium ſumam prima quarti. cap. de curatione
febris flegmaticę ſententię tuę apertiſſime aduerſatur his ver
bis. Et nõ oportet inquit vt fiat inunctio cũ vnguentis reſo
lutiuis, et nec embrochatio fiat cum embrochis ſubtiliatiuis
cũ ęgritudo eſt in principio ⁊ humor eſt in corpore ambulãs
ipſa enim mollificant viſcera ſua calefactione. PH. Pugio-
ne plumbeo me cędis. Ego ſane in intermittentibus febribꝰ
a miſta materia pendentibus non reſolutiuis, ſed humorum
maturatiuis ⁊ mollitiuis ⁊ viarum reſeratiuis vtor. Nec in
phlegmaticarũ febrium curatiõe ſubtiliatiuis mollitiuis, im
mo ventriculi cõfortatiuis vtor. iuxta probatiſſimoꝝ autorũ
decreta iubentiũ in illis maxime eſſe proſpiciendũ ventriculo.
Quippe qui in eis nimium lędatur. damno enim eẽt in phle
gmaticis febribus viſcera emollire, quum ipſa ſatis ſupercꝫ
ſint exuberante pituita emollita. Quarta naꝫ primi. c. 5. ſu-
pra citato, poſteaquam Auicẽna iuſſerat viſcera emollire an-
te ſolutiui pharmaci aſſumptionem ſubiunxit: niſi ipſa ſint ſa
tis mollia: vt in paratis inquit colericę paſſioni, et in traulis.
SP. Auicenna. 13. tertij et Auerrois ſeptimo colliget. cap.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſeptimo: cum innumeris pene aliis auctoribus interdicunt appoſſitionem mollitiuorum ventriculo: quoniam ſcilicet illi nimium noceant: quum moderate adſtringentibus roboretur. PHIL. Auicenna: Auerrois, et quotquot alij iubent ne ventriculo emollientia apponantur, intelligunt illud quum naturaliter eſt affectus. in affectione autem pręter naturam nil obſtat vt poſſint illi mollitiua et citra noxam, et maxima cum vtilitate admoueri: et precipue adſtringentibus miſta, vt ego iubere ſolitus ſum. SPH. Galenus tuus pluribus in locis commentariorum ſuorum localia medicamenta ante totius corporis euacuationem, interdicit. Quod ipſum velut ex Apollinis tripode ſumptū nunquam non eſt medicis omnibus triuialibus fere in ore: adeo vt etiā ſi maximis cruciatibus ęgrotans torqueat nullum dolenti membro audeant admouere medicamen doloris ſedatiuum: niſi prius digeſta vt illi dicunt materia ſuis ſirupis: ⁊ euacuata vel catapotiis vel potionibus ad id concinatis. Quum tamen interim vires ęgrotantem pręintollerabili dolore deſtituant quem ipſi fatentur (vt eorum verbis vtar) maxime vires proſternere. PHI. Maxima illa quod medicamenta ſecundum loca ante totius corporis euacuationē nō ſunt applicāda nō paucas habet exceptiones: pter illā quā tu docte ſatis ⁊ acute attigiſti: q̄ nō oſcitāter antiquos ⁊ recētiores probatos autores legēti patebūt. Fallitqꝫ pcipue in ppoſito noſtro: qn̄. ſ. locale medicamētū ad totius corporis vel mēbri alicuius euacuationē pparat: vt pdicta medicamēta q̄ iā oſtēdimus eſſe ſubductiui pharmaci anteambulones nō ſecus atqꝫ ſirupi. SPH. Etiā ſi Proteus alter eēs nūc nō eſt tibi ſuffugiū. Docet Galen⁹. 8. ⁊. 11. methodi medēdi calefaciētia ⁊ apertitiua medicamēta nō parū nocere ante totius corporis euacuationē: his verbis. Calefacere inqt, pcordia cataplaſmatis aut pfuſionibus nō eſt ppetuo tutū. ſed in iis tātū ęgris qb⁹ in totp corpore nullū errat ſupfluū. qd ipſum Alexāder iatros. 3. practicę. c. 9. ⁊ Haliabas etiam

tertio ſuę practicę. ⁊ Auicēna pma q̄rti. T. 2. c. de cura febris
ephimerę ex opilatiōe iubēt. Ratio etiam illud dictat. Nam
ſi aperiētia ſunt fortia ſua caliditate attrahēt materias ⁊ opi
lationes augebūt: vel fortaſſe corriuatis hūorib⁹ abſceſſum
in viſcere aliquo efficiēt: vt narrat Galen⁹. 11. methodi medē
di contigiſſe diuitib⁹, ad hūc modū a medicis amethodice cu
ratis. Sed vba Galeni audi. Sane accedit (inq̄t) in eiuſmodi
morbis, diuites poti⁹ q̄ pauperes pperā curent. In diuitib⁹
enim duplex pp̄ter ipſoꝝ delitias peccatū nō raro cōmittit.
Et q̄ ſanguis nō mittit, ⁊ a medicis impēſior. ſ. adhibetur
diligentia, vt cottidie aliquid circa ęgrotantis corpus fiat: ac
inter initia quidem ſanguinis miſſionē maior coꝝ pars pro=
pter mollitiē non admittit. tāetſi magis q̄ pauperes redūdā
tię ſanguinis affectib⁹ ſint obiecti, vt q̄ magis tū cibis ſe im=
pleāt, tū in ocio viuāt. Medici vero q̄ eos curāt, vbi ſummū
remedium eſt omiſſum, aliorum vſu ſe ſarturos quod deficit
putant. Hinc accedit quod ipſi quoqȝ ęgri ſi quis victu contra
morbum minore cum negotio inſtet, negligentiam rati. Si
quis rurſus quiduis agat diligentiam, cogunt eis p̄ęcor=
dijs aliquid cottidie admouere. Sed nec inuitis profecto
ipſis medicis, vt qui facere ſemper aliquid videri velint.
Quod ſic ſe maiorem mercedem accepturos ſperant. Itaqȝ
accidit vt illo ipſo tempore phlegmone diuitibus incipiat,
quo iam pauperibus morbus propemodū perductus eſt ad
finem. Quippe miſſo in ppoſitis febribus inter initia ſan=
guine, non pauperibus modo, verum etiam diuitum ſeruis
plurimis, quidem aliquibus ſeptimo criſis contigit. Hęc
⁊ plura alia Galenus narrat ⁊ ediſſerit: q̄ ⁊ rationē noſtram
cōfirmāt: ⁊ ſentētiā tuā prorſus euertūt. q̄ ſi (vt ad ſcđam pb
lēmatis noſtri partē accedam⁹) aperiētia q̄ tu apponere iu=
bes) ſunt imbecilla. quaſi hūores plus dilatēt q̄ reſoluant, ob
ſtructionē augerūt: etſi non aliter certe hoc mō nocebūt: qđ
Auicēna. 4. pmi. c. 24. qđ de ſanationibus opilationum in=
ſcripſit, aptiſſime oſtēdit his verbis. Oportet autem inquit

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt in reſolutione groſſi a duab⁹ cõtrarijs caueatur reb⁹: quarum vna eſt reſolutio debilis, quę in raritate materię augmẽtum efficit ⁊ ipſius locum augmentat: ita quod ad reſolutionẽ non perueniet : quare opilationem augmentat. ⁊ altera eſt reſolutio fortiſſima, qua eius ſubtile fit vapor et ſpiſſũ ipſius fit lapis. Ph. Non ſecus aduerſum me inſurgis et noua ſubinde in me torques iacula : ꝙ ſi ad hoc vnum paratus veniſſes. Sp. Non pauca eademq; Achillica conſulto relinquo: ne te multitudine telorum obruam: tu dum cętera exacuo ſi potes hęc eludere coneris. Ph. Veritatis vmbone hęc ⁊ quę tibi dicis reliqua tela immo peliam haſtam reijciã. Aperientia igitur medicamina ſi ante totius corporis euacuationem interdicuntur, ea rõne interdicuntur, quia ſuperflue calefaciunt: ⁊ humores ad infarctus locum corriuant. vnde et obſtructiones et febres adaugent. quod niſi de valde reſerantibus intelligas, a veritate eſt alienum. Quę enim debiliter obſtructiones aperiunt, etiam epota ab medicis autorib⁹ in dictis intermittentibus febrib⁹ ⁊ in nõ paucis alijs morbis curandis ante corporis euacuationem concedũtur. quoniã dicta nocumenta efficere non valent. Quod ſi hęc intra corpus aſſumere licet, q̄d obſtat quominus etiam debiliter aperientia ad dictum modum admoueri poſſint per externa ad reſerandum infarctus ⁊ ad molliendum ⁊ ad maturandũ humores. Nec eſt cur ex illoꝝ applicatione timeamus humorũ rarefactionem ⁊ dilatationem: ſiquidem q̄ ego apponere iubeo nõ ſunt adeo reſolutiua vt humores ad illum modũ dilatent. Et Auicẽna quarta primi. cap. 24. a te citato, de medicinis loquitur valide reſoluentibus, quę ad diſcutiendũ craſſos et infarctos humores amethodice ab ignorantibus medicis ac proinde empiricis applicantur. Galenus vero cum alijs qui illum vt ducem ſequuntur, licet nõnunꝙ non aſſequantur, fortiter aperientia ante totius corporis euacuationem interdicit, ſtante corporis plethora: ⁊ pſertim in continentibus febrib⁹, in quibus medendis dum ęgrotantis vi-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

res valeant, oportet venam tundere. Qua ratione non immerito in adulatores illos medicos et diuitibus blandiẽtes inuehitur. Ego vero vt non ſemel teſtatus ſum, in intermittẽtibus tantũ febribus vt ſunt nothe tertianę, et in alijs q̄ ab miſtis pendent humoribus, dictis medicamentis exteri⁹ applicitis vtor. Quod ſi aliquando ſic febricitantes egere ſanguinis miſſione conijcio, ſtatim inter initia iubeo venam ſecare. Uides ergo vt tela tua magno ſtrepitu acie tamen retuſa in me iaculatus es. Sp. Uel cecus viderit. verũ ad eundem modũ q̄ aduerſus te ex Galeno nono methodi medẽdi, ⁊ ex pleriſq; etiam alijs locis cõmentariorũ eius adduci poſſunt reijcies. quũ. ſ. nec rarefaciẽtia nec relaxãtia cataplaſmata nec balnea humorib⁹ in corpore exuberãtib⁹ concedit: quũ et peccãtes humores cataplaſmatis ⁊ balneis illis totũ corpus rarefaciẽtib⁹ ⁊ relaxãtib⁹ eliquãt ⁊ ad debile mẽbrũ q̃d medicamẽtis illis imbecilli⁹ reddit, q̃ vt a ſe nocuos humores depellere valeat, cõfluunt. Ph. Quid ni o amice. humoribus ſiquidem in continẽtibus febrib⁹ ſupra modũ auctis, et p̄cipue ſanguine, niſi copioſa p̄cedat phlebotomia, relaxantia medicamenta vel pectori vel iecori vel ventriculo v̄l alijs membris q̄ ibi Galen⁹ narrat, appoſita perniciem ⁊ interitũ ſic ęgrotanti minantur. Quę Galeni iuſſa quum ego nedum non tranſgrediar, verum plus q̃ Manliana exequar, nõ eſt cur me eiuſmodi Galeni decretis ampli⁹ impugnes. Sp. Iã fere in tuam ſententiam me etiã non inuitũ trahis. Cęterum ratio q̄dam aduerſum te nunc mihi ſuccurrit, quam ſi enodaueris, magno me tibi deuincies beneficio. Receptum eſt ab omnibus media q̄ ad aliquem finẽ p̄ęparant ⁊ diſponũt, nõ eſſe illius impeditiua. Quum ergo eiuſmodi fomenta vnctiones et malagmata quibus tu vteris, vt ad ventris ſubductionem p̄parent, humores ab internis ad externa euocent: q̄ppe q̄ calida ſint operationi cathartici aduerſabuntur: cuius eſt humores ab externis ad interna attrahere: qua rõne nõ p̄parabunt ⁊ mẽbra et vias et humores vt ſubductiuo phar-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

maco obſequantur. Ph. Quemadmodum balneū aliquod ⁊ membra ⁊ humores ⁊ vias anteq̃ſ ſolutiuū pharmacum aſſumaꝛ preparat ad euacuationem, vt ex quarta p̄mi citaui. ⁊.ꝫ. tertij. T. primo. c. 34. colligitur. ⁊. 4. ad Almanſorē. c. ꝺ regimine corporis ptr balneū docetur. quod nō exceſſiue ſed moderate calidum oportet ſit. Et tempore quo modum in euacuādo ob ſolutiuum pharmacū aſſumptum excretoria corporis facultas tranſgrediꝛ, adſtringens balneum competit. Et poſt ſolutiui pharmaci completam operationem, balneū etiam aliud conuenit, quod ⁊ humorum reliquias diſcutiat, ⁊ membra roboret: non ſecus vnguenta fomenta ⁊ cataplaſmata modice calida ⁊ prędictis virtutibus vt humores ad dictum modum ad euacuationem p̃parent a natura dotata expediunt. quę moderata illa ſua caliditate non erant impedimento pharmaco ſolutiuo. ⁊ pręcipue quod quando ſolutiuum aſſumitur, illa non applicantur. Quod ſi etiam tūc apponerentur, ſua viſciditate ⁊ lentitudine externos corporis meatus obſtruerent: ita vt natiuus calor in internis cōtineatur. Et ſuper fluente etiam pharmaco adſtringentia etiā vnguenta ⁊ malagmata competunt. et poſt ſubducti pharmaci completam operationem alia fomēta vnguina ⁊ malagmata appoſita proſunt ad roborandum membra ⁊ ad abſumendum peccantium humorum reliquias ſi q̃ ſuperſunt. Sp. Nouum hoc tuum inuentum ſic a te explicatum roboratum ⁊ propugnatum obuijs vlnis recipio. Cęterum non poſſum non mirari, quur medici iſti qui tot in te cauillos inſtruxerūt, calamum in te non exercuerunt. Ph. Mirandum eēt ⁊ merito ſi quanq̃ Mercurius pectora eorum nō inhabitaret: ita ſuadam vt momum in lingua haberēt. Si enim loquacitatē ⁊ maledicentiā ab illis demas, vel piſcibus ipſis ſunt magis muti: quippe qui diſciplinas omnes vix primoribus labijs attigerunt. At eorum vnus auſus eſt neſcio quid aduerſus me ſcribere, ⁊ belliſſimę inuectiuę ſuę rumorem in vulgus ſpargere: proprię tamen infantię conſcius, illi in ſpongiā incumā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bere iuſſit: vt Auguſtus de Biacc ſua dixit. Reſciui tñ ego ab amicis aliquot: q̄bus ille legẽdi eã copiã fecerat: q̄ inuentum hoc noſtrũ infirmare nitebat Auicẽnę autorit. p̄ma. 4. T. j. ſumma. 2. c. de curatione febris ephimerę in gñali: cui⁹ verba hęc ſunt. Embrochatio inq̄t ſi fuerit infundẽdo aut linẽdo tãtũ, opilat poros. Ex q̄b⁹ v̄bis aduerſus me colligebat p̄dicta localia medicamẽta q̄bus ego vtor, infarctus efficere, ⁊ augere potius q̄ auferre. Sp. Obiectio ſane ridicula fuit: quũ inibi Auicẽna de calidę aquę embrochatiõe (vt expoſitores ibidẽ enarrãt) intellexerit, qua tamẽ tu nõ vteris. Ph. Nec ego in dubiũ verterẽ, q̄ ẽbrochatio ⁊ inunctio ex oleis ⁊ vnguentis et cataplaſmatis cutem obſtruant, niſi vel mollis frictio vel aliquid ſimile reſerãs p̄cedat. quod vt dixi facere ſolitus ſum. Arguebat vlterius me bonus ille vir: quia eiſdem vnctionibus ⁊ malagmatis in omnibus indiſcriminatim vterer, ⁊ falſo: varijs. n. p̄ut morb⁹ cauſa ⁊ accidentia mihi indicãt vtor. Nec ſi eiſdẽ vel ſimilibus in oibus vterer, adeo ſeuere in me eſſet animaduertendũ: quũ in omnibus febribus ⁊ morbis p̄lixis in quib⁹ illa ſunt mihi vſui, idẽ ſit cõis ſcopus molliendi. ſ. mẽbra illa, maturãdi humores ⁊ reſerãdi vias medicamẽtis q̄ modice calefaciãt. a q̄bus nutritiuorum mẽbroꝝ calefactionẽ nõ vt ille timeo. Iubeo ſiq̄dem ego vt roſaceo aceto commiſſo tẽperent: quod etiã non parũ adiuuat vt facilius ad interna p̄pter penetrantẽ aceti facultatẽ admittant. q̄ ſi q̄d caliditatis modũ excedẽtis ex illoꝝ medicamẽtoꝝ applicatione relictũ fuerit, nullo fere negotio illũ extinguo. Iuuamentum pręterea mollificationis concoctionis et apertionis ſuper calefactionis nocumento pręponderat. Alter etiam magni nominis inter noſtrates medicos ⁊ in procerum aulis verſatus quo cum pactus ego fueram, me de hac ipſa re cum eo ſcriptis diſceptaturum, quum apologeticam epiſtolam iam ſcriptam ⁊ obſignatam ad illũ mittendam paraſſem, ab amicis admonitus quod in aliorum medicorum gratiam de me, non ſatis honorifice (vt ⁊ ami

tum ⁊ ꝓbum ⁊ doctum virū decebat)locutꝰ eſſet:illā penes
me cōtinui.SP. Non illiꝰ nomē.Sed rationē qua te clā pu
pugi mihi narra.Sermone.n.q̄ noīe quiuis homo notio=
rem ſe reddit.PH. Contine ſi vales riſū:Porro vel Craſ
ſus ipſe agelaſtos cognoīe in cachinnū eiꝰ impugnatiōe au
dita ꝓrumpet.percontatus ab aliq̄bus an inuētum hoc no=
ſtrū probaret:nec ne,Hui inquit,q̄d ad fictilis vaſis expur=
gationē externa faciet vel illitio vel ablutio?SP.O hoīem
veratro dignum:ſunt ne fictilia vel artificialia alia ꝑdita na=
turalis facultatibꝰ ſicut corpora nr̄a?De q̄bꝰ Galenus in cō
mētariis de viribꝰ naturalibꝰ diſſeruit.Non legerat bonus
ille vir Galeni ipſiꝰ libros de ſimpliciū medicamētorum fa
cultatibꝰ:in quibꝰ docet modū quo medicamēta exterius ap
plicita:per vaſorū ad cutē t̄ratoꝝ oſcula retractionis arte=
riarum motu ad interna attrahūtur.Nec Paulum Aegine
tā(vt cęteros medicinę artis auctores ⁊ p̄mę ⁊ poſtremę no
tę omittā)Docentē libro,3.c.66.cataplaſmatū ⁊ emplaſtro=
rū potētiā per abditos ⁊ obſcuros meatus ad interna trāfer
ri.Sed inuidulis iſtis cum ſuo ip̄o eos diſcrutiāte liuore ſlo
ccipēſis:quādo iā inuentū hoc tuū ⁊ roboraſti ⁊ ꝓpugnaſti.
Ad praxim accede:vt me doceas i q̄bꝰ morbis p̄dicta vnguē
ta ⁊ cataplaſmata ſunt tibi vſui ⁊ modū quo illa iubes appo
nere.PH.Succurrit nūc mihi vtilitas alia vnguētoꝝ ⁊ ma
lagmatū horū,qua narrata q̄d iubes exequar.Galeni in q̄m
dicta localia medicamēta vltra ea q̄ diximus ad cōcoquēdū
molliendū ⁊ abſumēdū q̄ velut fex ⁊ cinericiū finitis febriū
intermittētium acceſſionibus relinquūtur.⁊ vt ſubductiuis
pharmacis ⁊ venę ſectiōibꝰ cum expedierit vacuari poſſint.
quę materię aggregatę,⁊ meatus infarciūt,⁊ ad quartanā
ſimilesq̄ ꝓlixos morbos corpus paratiſſimum efficiūt.vt
quottidię magno ęgrotantiū malo medici iſti in valetudina=
riis illis cōmiſſis experiunt̄.Quibus nocumentis inuento
hoc noſtro obuiari,teſtor deum ⁊ oēs angelos eiꝰ.Quod ſi
Galenꝰ ipſe ab inferis rediens,me de inuēto hoc nr̄o argue

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ij Hippocratem et Galenum quum docent im pleuritide ex patientis lateris baſilica mittere ſanguinē itellexiſſe, quum eſſet intentio euacuādi, quam diuerſio ex aduerſi lateris baſilica in principio pręcedere debuit, Pib. Tametſi Galen⁹ in therapeutica ⁊ pluries alibi dicat prius eſſe humoꝛem reuelendum'ꝙ euacuandum, quum non prius tempoꝛe verum prius natura vt dici ſolet intellexerit, fallūtur iſti in ꝓpoſita pleuritidis curatione quę ſanguinis miſſione inter initia fieri debet, ⁊ toto (quod aiūt) coelo errant. p̄mo qm̄ diminuti fuiſſent Hippocrates ⁊ Galen⁹ non docētes modum obuiandi pleuritidi i p̄ncipio in quo vt Ariſtoteles. p̄mo. d coelo. T. 2. C. p̄mo. ſcribit paruus exit⁹ a v͛itate fit hiſce qui exoꝛbitarunt, ſi longe progrediant̄ decies millies maioꝛ. Abſīt ergo vt tanti viri curationē pleuritidis adeo acuti moꝛbi in p̄cipio neglexerint. Immo Hippocrates ipſe. 29. 2. aphoꝛiſmoꝝ vt iam illum citauim⁹ in moꝛboꝝ ⁊ pręcipue acutoꝝ̄ initio iuſſit euacuare, cui ſententię Galenus in cōmento eiuſdem aphoꝛiſmi ⁊ primo de criſi ſubſcribit. Nec hoc latuit ingenioſiſſimum poetā quū cecinit principijs obſta, ſero medicina patur: Quū mala ꝑ longas conualuere moꝛas. Secundo quoniam phlebotomia ex affecti lateris brachio ſimul ⁊ diuertit, ⁊ euacuat. Sanguinis enim miſſione ex frontis vena qua occipitij doloꝛ iuxta Hippocratis ſententiam. 67. ſectionis quintę aphoꝛiſmoꝛum leuatur: Galenus in cōmento docet ⁊ euacuari ⁊ diuerti nocuū humoꝛē. Quoniā (inquit) diuerſio ad contraria fit, ſeruatur. n. illic contrarietas ſecūdū pꝛofundum q̄ eſt inter anterioꝛa ⁊ poſterioꝛa. qua ergo ratione in pleuritide ſanguinis miſſio ex patientis lateris brachio dum euacuat non diuertet vndē maioꝛ eſt diſtantia ad pleuritidis locum: ꝙ a ſincipite ad occiput, et vbi contrarietas quę eſt ab internis ad externa ſeruatur? quam contrarietatē in libello de antiſpaſi cōmētatoꝛio ad eam vnā rem dicato: et. 6. methodi medēdi cū alijs in nūc citato cōmēto exēpli gr̄a narratas: explicuit. Falluntur. 3. quum phlebotomā



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ex aduerſo latere: ideo appellant diuerſiuam: quoniam ad ad longiſſima vt dicunt fluentem humorem diuertat. Equa lis enim mathematica diſtãtia eſt ab vtraq; baſilica ad pleu ritidis locum vbicunq; pleuritis conſtiterit, vt ex humani corporis hiſtoria liquet. Quod faſſus eſt Nicolus Floren tinus ſermone quarto. T. tertio. c. 24. q̄ quam ad fallax ex perimentum velut ad ſacram anchorã confugerit. quum ta men (vt par eſt credere) nunquam expertus fuerit ex affecti lateris baſilica inter pleuritidis initia phlebotomare: quod ſi tentaſſet: recantaſſet ſane, ſicut ⁊ nos non paucos doctos ſecuti viros fecimus. Item Auicẽna docuit quarta primi. c. primo dolorem prius eſſe ſedandũ q̄ humor ad contraria re uellat. Sed ex Galeni ſententia in cõmentatorio de ſangui nis miſſione ſupra citato dolor non leuatur p ſanguinis miſ ſionem ex oppoſito brachio: vel parum ⁊ tarde leuatur: per phlebotomiam vero ex patientis lateris brachio ad miracu lum vſq; tollitur dolor. prius ergo mittendus eſt ſanguis in pleuritidis curatione anodinis fomentis dolorem non aufe rentibus ex patientis lateris brachio q̄ ex aduerſo: quum p phlebotomiã illam dolor auferatur: ⁊ per hãc (vt illi dicũt) humor diuertatur. Non enim eſt alius ſedandi dolorem mo dus niſi per narcotica, q̄ niſi Oreſte inſanior in pleuritidis curatione nõ admoueret. Rurſus iubet Galenus. 13. metho di medendi in principio phlegmonarum iocinoris, ſecare de xtrã baſilicam qua ſanguinis miſſione ſimul ⁊ reuellat ⁊ va cuetur noxius humor. Eadem ergo rõne in pleuritidis cura tione inter initia ex patientis lateris baſilica ⁊ nõ ex aduer ſa mittẽd⁹ eſt ſanguis: vt ſiml ⁊ diuertat et euacuet humor. Nec Cõciliatoris differẽtia. 97. nec Nicoli Florentini ſer mone q̄nto. T. 5. c. 19. nec Joannis Mattehi a Gradi ſup. 9. ad Almanſorem confugia valent. dicentiũ primo q̄ iecoris aña magis quam pleurę ad ſe trahit. calidiores enim vt plu rimum ſunt pleurę abſceſſus: quoniam ⁊ cordi propinq̄ores et a calidiori humore vtplurimum gignuntur a bilioſo. ſ. vt.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Galenus.6.aphoriſmorum.cõmento.33.docuit.dolor etiã quã ab acutiori materia pẽdeat, ⁊ in neruoſo mẽbro, maior erit ĩ pleuritide quam in iocinoris abſceſſu.Iecur enim vel omnino nullum, vel obtuſum ſenſum habet.Unde ⁊ caloris ⁊ doloris merito plus in pleuritidis q̃ in iecoris inflammationibus attrahentur humores ad apoſtematis locum. Secundo diſtantia quam dicunt maiorẽ a ſiniſtra baſilica:ad iecur phlegmone affectũ,q̃ a pleuritidis loco ad oppoſitã baſilicã eis non patrocinatur. Nam ſi vt illi fatentur diuerſio ad longiſſima fieri debet. maior diſtantia non erit reuulſioni impedimento:immo iuuamento: ⁊ preſertim attrahente ad ſe (vt illi dicunt)iecoris abſceſſu pluſq̃ pleurę apoſtema. Nec quod.3. ſubiungũt habet veritatis faciẽ, eſſe videlicet fere duas integras diametros a ſiniſtra baſilica ad locũ abſceſſus hepatis,quanta diſtantia non eſt a ſiniſtra baſilica ad pleuritidis locum in dextro latere conſiſtentem:vt ex corporis humani hiſtoria eſt notum. Nec ſi ita eſſet timeremus p̃ſente plethora iuxta Auicennę doctrinam phlebotomare in iocinoris abſceſſu ſiniſtram baſilicam: quoniam diametri illę non ſunt completę:⁊ etiam ſi cõpletę eſſent:earum nulla eſſet tanta quanta eſt longitudinis diameter:quod Auicennę enarratores dicunt exigi vt diuerſio non poſſit tuto fieri per duas diametros.S.P.Medicos quoſdam vulgo celebres audiui tanquam e muſis acceptum dicentes quod quoniã iecur eſt fons ſanguinis ab eo ad alia membra: ⁊ nõ ab aliis ad illum corriuant humores:vt defluxus via in eo abſceſſus generetur: qua ratione non ex aduerſo ſed ex affecto brachio quum hepar abſceſſu laborat(etiam inter initia)ſanguinem expedit mittere. Ceterum quoniam preter quod delirio ſimilis horum excuſatio mihi videtur:ſuę etiam factionis antesignatis et ducibus aduerſantur:qui iecoris apoſtemata in paulatim per congeſtionem ex nutrimenti excrementis facta, ⁊ in genita ab humorum defluxu diuidunt,illos miſſos faciamus. Et quoniam nimium in confutandis medicos

Ministerio de Educación, Cultura

rum iſtorum interpretationibus immo inuerſionibus vel vt
rectius dixerim peruerſionib⁹ immorati ſumus, ne, quod di-
citur, hydram ſeces: ineptię enim ⁊ delirationes alię ex aliis
emanant et ſcaturiunt. Secundū promiſſum abſolue. Ph.
At ꝓmiſſis ſtem ⁊ tibi morem geram, paucis oſtendam mo
dum generationis ⁊ incrementi apoſtematum: vt inde decre
menti ⁊ corruptionis eorum modus pateat: ⁊ tandē metho-
dus curandi illa medico innoteſcat. Generationis ſiquidem
⁊ corruptionis, augmenti etiam ⁊ decrementi motus contra
rij ſunt. Porro apoſtemata quę defluxus via generātur (de
illis enim nunc eſt nobis ſermo) ad hunc modū gignunt. Nā
vel patiens membrū calore vel dolore ad ſe humores attra-
hit, vel aliunde humores trāſmittuntur. Aucto enim in mē
bro aliquo humore, qui vel mole grauante vel noxia qualita
te expultricē facultatē ad ſui expulſionem proritet, ſi mēbro
illi vires ſuppetant, depellet a ſe infeſtum illum humorem
ad imbecillius membrum: quod non ſecus atq; primū (mo-
do valeat) in aliud membrum ſe exonerabit: ⁊ ad hūc modū
humor ille in aliud membrū pellet: quouſq; in adeo debile
membrum humor ille decūbat: vt non poſſit a ſe illum expel
lere. quouſq; in adeo debile membrum humor ille decūbat:
vt non poſſit a ſe illum reijcere. Cūq; attractio illa per lon
ga ⁊ expulſio hęc per lata venarum filamenta ſeu villos fiat,
quę filamenta ſeu villi aliū contextū ⁊ rectitudinem in dextro
corporis latere quam in ſiniſtro: ⁊ alium in ſiniſtro quam in
dextro ſeruāt: reliquum eſt membrum illud a quo humores
abſceſſum efficientes vel attrahuntur vel depellunt et fluūt:
recta ⁊ non aduerſa via vel attrahi vel depelli. Nam quam
uis a dextro latere ad ſiniſtrū ⁊ a ſiniſtro ad dextrū humores
pelli ⁊ fluere poſſint: quoniam totū corpus ⁊ confluxibile ⁊
conſpirabile eſt vt Galenus primo methodi medendi ⁊ plu-
ries alibi (Hippocratis autoritate docet) nō tñ adeo facile ex-
pedite ⁊ propere illud fiet, vt ad acutos morbos leuādos ex-
pedit. Naturales nāq; facultates omniū philoſophoꝝ cōſen

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſu compendiariã ꝛ faciliorem viam qua expetita aſſequant, eligunt: diſpendia ꝛ diuerticula pro virili fugientes. Ex q̃b⁹ colligitur membrũ vel mẽbra vnde humores attrahunt, ꝛ trãſmittens membrũ nõ in aduerſa corporis parte (vt medici iſti blaterãt, ſed in eadẽ ſita eſſe. Magnę itaq̨ trãſmittẽtis mẽbri venę repletę in dextro latere. v. g. quum in eodẽ latere abſceſſus ilico gignẽdus eſt: ſe in imbecilliores eiuſdẽ lateris venas exonerabũt: ꝛ illę rurſum in eiuſdẽ lateris debiliores: quouſq̨ mẽbrũ nactę ſint: in q̃d hũores ob illi⁹ impotentiã ſedẽ faciẽtes: a maiorib⁹ venis ad minores quouſq̨ ad capillares viſum effugiẽtes deuẽtũ ſit: expelliitur. q̃ in meatulos mẽbri illius (quod recipiẽs medici iſti dicũt) nocuũ humorem ſecernẽt: qui quũ a naturali loco ad peregrinũ illi locum et ea etiã rõne a natiua ſua tẽperie diſcedat: vnionis diſſolutionem: malã temperaturã: inconcinã cõpoſturã effitiẽs: a̅pa ſeu abſceſſum mauis dicere gignet. Inde. n. nomẽ morbo illi inditũ eſt: q̃a vt diximus humor, ꝛ a naturali loco ꝛ a genuina abſcedat tẽperatura. ꝛ quoniã mẽbri ꝑticulas q̃ antea vnitę erant abſcedere faciat: ꝛ q̃a mẽbra a naturali habitu i eo recedãt. vt Gal. 13. meth. medẽdi placuit. a̅pate ad hunc modũ genito, dolor cõtinui diſſolutienẽ ſeq̃t. dolor vt cucurbitula hũores ad abſceſſus locũ trahit: q̃b⁹ attractis ꝛ compactis ꝛ cõtinuatis ſolutio ꝛ dolor ꝛ calor augẽt: q̃b⁹ rurſum auctis, ꝛ apoſtema augebit. Ecce iã mod⁹ quo apoſtema ꝛ initiũ ꝛ augmẽtũ ſuſcipit: vt Ga. nos docuit cũ plurib⁹ aliis i locis: ſuoꝝ Cõ. tũ. 13. meth. medẽdi. Medic⁹ g̃ cui icibit cũ abſceſſu cauſis ꝛ acc̃ntib⁹ ei⁹ cõgredi: ꝛ ea ad iternitionẽ vſq̨ ꝓſeq̃: nulla alia expeditiori via munus ſuũ adimplebit, q̃ ſi, trãſmittẽs mẽbrũ (q̃dcũq̨ illud ſit) exonerarit: ne deinde noxios humores ad abſceſſus locum tranſmittat: ſanguinemq̨ fluentẽ ꝛ q̃ fluxit, eadem qua fluxit ꝛ fluxerat via, reuocarit: ꝛ viam illi aperuerit) hoc eſt apertiſſimam venam qua faciliime extra corpus vacuetur) aperuerit. Quo vt expedit peracto, et tranſmittens membrum deinde non tranſmittet. Potiuſq̨

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vt auarum iam ad inopiam redactum, quod illi reliquũ eſt humorum ſibi adſeruabit. Et ſuſcipiens membrum ingrato onere leuatum noxium humorem qui nondum affixus nec incuneatus eſt: a ſe repellet eadem qua ad eum tranſmiſſus fuerat via. Ad hęc ſi ſanguis copioſe vt expedit mittat: membra quę antea ad abſceſſus locum nocuos humores pellebant, humorem quem a ſe lęſum membrũ repellit ad ſe trahent ob humorum egeſtatem in quã ſanguine abunde euacuato deuenerũt: ſicq; dolor ⁊ calor quorum cauſa abſceſſus increſcebat, tollentur. quare nedum ãps incrementum non ſuſcipiet. verũ pauco humore qui in abſceſſus loco relinquetur a natura digeſto vel quopiam alio modo abſumpto euaneſcet. Quum ergo humor a quo abſceſſus originem ſumit ⁊ incrementum ſuſcipit, non ex aduerſo latere ſed ex affecto latere recta fluat (vt ex ijs q̃ diximus notum reliquimus) ex eodem affecto latere mittendus eſt ſanguis vt vnde fluxit illuc refluat ⁊ extra corpus vacuetur: quod expeditiſſime fiet ſecta vena quę coniunctiſſima eſt venę amplę proximę venis q̃bus mẽbro quod apoſtema occupauit, alimentũ tranſmittitur: et a qua tanquam a caudice rami originem ducunt dictę venę membrum ſic affectum alentes: cuiuſmodi eſt in pleuritide affecti lateris interna cubiti vena (baſilicam nũc appellant) vt longa oratione Galenus. 10. ſecundi de ratiõe victus in morbis acutis ex humani corporis hiſtoria demõſtrat. Quod ſi ex aduerſo latere mittatur ſanguis ad tertiã vel quartã vſq; diẽ (vt medici iſti iubent) vires ſanguine bono ⁊ innocuo vacuato deijcientur: nec vel ex abſceſſus loco vl ex tranſmittente membro quicquam niſi parum noxij huhumeris euacuabit: idq; multo ſanguine exhauſto. potiuſq; boni euacuati loco nocuus humor ex affecto latere ſuccedet. adeo vt ſępe in aduerſo latere a quo ſanguis mittitur: alia oriatur pleuritis: quod mihi nonnunq̃ contigit (fatendũ. n. eſt quando quindecim annis perditiſſimę iſtorum hęreſi addictus fui) Quod ſi pleuritidis in aduerſum latus dũ ſic ex

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

aduerſo latere phlebotomant, nō abierit, ſaltem inficiari nō valent: quod ex miſſionibus illis ſanguinis ex aduerſo latere factis incommodum illud ſequatur ꝙ. ſ. noxius humor ad interna trahatur. Fatentur ſiquidem ipſi phlebotomiā ex aduerſo latere factam, humores qui in abſceſſus loco ſunt: ⁊ qui illuc confluunt ad ſe euocare. Qua ratione in venenoſa pleuritide nō ex aduerſo ſed ex affecto latere phlebotomāt: ne venenoſus humor ad interna attractus ęgrotanti adferat perniciem: immo in pleuritidis curatione q̄ non intra pectoris clibanum cōſiſtit: ſed extra in externis muſculis coſtas tegentibus, quam non veram pleuritidem ſitus merito appellant: doctor quidam inter illos non poſtremę notę iubet ex patientis lateris brachio ⁊ non ex aduerſo phlebotomare: ne ſcilicet humor qui vel in abſceſſus loco vel prope eſt, vel qui illuc confluit, miſſo ex aduerſi lateris brachio ſanguine, ab exteriori quē poſſidet locū ad interna trahat̄. Quuſq; illis ſit incōfeſſo propter phlebotomiam in altero corporis latere factam, ſanguinem illuc ex aduerſo latere trahi: non poſſum non mirari cur in anguina in qua curanda medicus nullum non mouet lapidem vt abſceſſus ad externa euocet̄, non timent medici iſti, ne dum ex aduerſo latere ſanguinem mittūt fluentes ⁊ fluxos humores ad interna retrahāt: ſicq; ob faucium anguſtiam ęgrotans ſtrāguletur: quod minime dubito non ſemel illis contigiſſe. Ceterum his omiſſis nōne vel ex ipſius naturę operibus quę ſeipſam nobis imitādam proponit quę diximus nota euadunt? Illa ſiquidē vt lyenis vel obſtructiōi vel abſceſſui medeatur: ſanguinem nō per dextram ſed per ſiniſtram narem depellit. Et quum iecur vel infarctum vel apoſtemate correptū eſt, vt illi ſuppetias ferat: per dextram narem ⁊ non per ſiniſtram ſanguinem reijcit: ſeruans perpetuo, quoad fieri poteſt, quā diximus villorū rectam texturam: quibus vt inſtrumētis vtitur ad naturalia opera exequenda. Qua ratione Galenus tertio de Criſi aſſerit ꝙ in bonis phlegmonarum criſibus oportet vt ſanguis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per directum patientis lateris fluat. q̄ ſi ex aduerſo fluat verbi gratia in iocinoris inflammatione / ex ſiniſtra nare, criſis ſepius eſt ad malum: quod multis experientiis obſeruaui. Ars igitur q̄ (vt dicitur) nature ſimia eſt: illā totis viribꝰ tenetur imitari. et per directum patientis membri (vt ipſa ꝑpetuo facit) euacuare. Ad hec ſuperfluū ſanguinis fluxum cōpeſcimus ſicca cucurbitula ſuper iecur affixa, et non ſuꝑ lyenem. Quod ſi ſanguis ex ſiniſtra nare ſuperflue fluat: ſicca etiam cucurbitula ſuper ſplenem impoſita illius fluxum frenat: iecori vero ſuperpoſita (etiam ſi hepar eſt ſanguinis fons ⁊ origo) nō prodeſt. Quid malum ergo vbi nō ē timor trepidabimus, tanto pręcipue duce, natura ipſa q̄ (vt vulgatus habet ſermo) a non errante intelligentia dirigitur? In omnibꝰ itaq; internis abceſſibus curandis (vt iam tandem diſputationem nr̄am colligamus) quum ſanguinem expedit mittere, ⁊ pręſertim in pleuritide ex patiente latere venam tundemus. ſeruantes ſemper rectitudinem quam cernimus naturam ipſā perpetuo ſeruare. Nec parce (modo cętera cōſentiant) illum mittemus: verum ad mutationē coloris vſq; euacuabimus. etiam ſi duę vel tres aut quatuor ⁊ in robuſtis ſex ſanguinis librę exhauriantur. Ad hunc. n. modum Galeno ipſo teſte, ⁊ vt ſex annorum experientia obſeruabimus, ſubito valetudinarius ⁊ ad miraculum vſq; ⁊ a febre ⁊ ab apoſtemate liberatur. vel ſaltem ante quartā diē ab apoſtematis initio, ad conſueta opera redit. quo tempore aduerſę factionis medici quum ſatis ſupq; ex aduerſo latere antecedētē ⁊ fluentē quā dicunt materiam diuerterint ⁊ vacuauerint: ad cōiunctam ⁊ q̄ iam fluxit (vt dicūt) cauſam ſe conuertunt: iam tādem ex patiēte latere phlebotomantes. Cęterum medicis iſtis cū pertinatia ſua longum valere iuſſis. Iubet Galenus ⁊ in cōmentario d̄ ſanguinis miſſionē ⁊. 4. de ſanitate tuenda prope calcem. Quod ſi ob viciati ſanguinis retractionem ad venas q̄ iuxta abſceſſus locū erat: reliq̄ ſanguinis infectionem timuerimus: rurſus eadem vel ſequenti vel tertia die / eandē venā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſecem⁹: partius tñ q̃ iter morbi initia euacuem⁹. quo pacto nõ erit dinde timori loc⁹. Sp. Nõ cohibẽt te ne tm̃ ſanguinis vnica phlebotomia vacues Auicẽnȩ terriculamẽta: iubentis ſeruare ſanguinẽ vt theſaurũ: ꝛ vt dilectiſſimũ naturȩ filiũ. ꝛ ꝯſulẽtis vt quoad fieri poſſit a phlebotomia abſtineam⁹. ꝛ cũ vt ea vtamur vl' morbi magnitudine vl' hũoꝝ multitudine vl' accñtiũ intẽſione ĩpellimur, vt nũerũ multiplicem⁹ ꝛ nõ quã titatẽ (liceat mihi ꝑ te verbis ei⁹ vti.) Minãtis etiã ne ſanguine (vt dixiſti) ſupflue miſſo: ĩ alterũ duoꝝ erroꝝ incidam⁹: vel. ſ. vt rubea bilis efferueat ꝛ ebuliat: vl' vt frigidi hũores crudiores efficiant̃: PH. Mouẽt me fateoꝛ quos narraſti Auicennȩ panici terrores, vt erroris ĩ quo fere cõſenui, me ꝛ pudeat ꝛ doleat. Mouẽt etiã me vt medicos iſtos irrideã: q̃ adeo Auicẽnȩ dictis fidẽ ꝓbent, ac ſi vt diuinũ quoddã numẽ nec errare nec nobis imponere poſſit. Qui quũ nõie interp̃tis Galeni glorient̃: tantum abeſt vt in multis Galeni mẽtem aſſequat̃, ꝛ eũ nobis interpretetur, q̃ potius illius decreta non ſemel contaminat ꝛ conſpurcat. Quid enim a Galeni placitis magis abhoꝛret quam quȩ ex Arabe hoc nunc citaſti: Eſt non inficioꝛ bonus ſanguis naturȩ theſaurus et dilectus illi filius: verum nonnunquam ꝛ theſaurum profundimus, vt vitam redimamus et moꝛtem effugiamus: ad et dulciſſimi filioli aduerſa conniuemus: vt ſaluti noſtrȩ ꝛ vitȩ conſulamus. Incoꝛregibilem autem filium qui nobis inſidiatur et parricidium minatur: non modo abdicamus: verũ in illum ſeuimus ꝛ crudeliter animaduertimus. At ſanguinẽ vel quãtitate vel qualitate vel vtroq; modo a naturȩ legibus nimium deſciſcentem, nunquid tu theſaurum diceres: S P A. Minime: niſi ad vetus adagium, alludens. theſaur⁹ carbones, ignitos vel extinctos carbones: hoc eſt ardẽtiſſimum ſanguinem vel frigoꝛe concretũ, theſaurum dixeris. Ego ſane theſaurum hunc illis ſponte ꝛ gratis relinquo. Sed amabo, Auicennȩ verba a me citata q̃bus nos a phlebotomia deterret, in cenſum afferas ꝛ in examen adducas. PH. Parendum

eſt tibi, etiam ſi animus erat feſtinare vt tertium promiſſum
abſoluerē. Primo itaqꝫ niſi Auicēna in Chryſippi vel Era=
ſiſtrati ſangui fugorum dogma incidit, quos Galenus dica
to ad id vnum libello (quem nos latinum fecimus) inſecta=
tur, Neſcio cur tantopere ſanguinis miſſionem eius neceſſi=
tate ingruente, timuerit. Quū natura vt Galenꝰ in citato cō=
mentariolo aduerſus Eraſiſtratum demoſtrat in morbis a ſā
guine pendentibus illum vel per nares. vel per menſes: vel
per mariſcas: vel vomitu: vel quoad eius fieri poteſt ſecer=
nat ⁊ expellat. Quum etiam vt ab Hippocrate aphoriſmorꝝ.
2. docemur. plenitudo euacuatione ſit tollenda. quoniam. ſ.
natura omnibus inſitum eſt: nedum hominibꝰ ratione vtē=
tibus: verum et brutis: vt natura duce contraria contrarijs re
pellant. vt in citato libello Galenus aduerſus Eraſiſtra=
tum oſtēdit. Phlebotomiam vero iubet Galenꝰ partiri (mo
do ęgrotanti ea indigenti vires ſuppetant) in ardentiſſimarꝝ
febrium curatione, ⁊ in phlegmonarum initio, ⁊ in fortibus
doloribus, immo ſemper docet ad dictos morbos curandos
⁊ narrata accidentia leuanda. mittēdum eſſe ſanguinem ad
ſyncopem vſqꝫ vel parum citra. Nec erat cur Auicena time
ret. 2. vl' tres immo ſex ſanguinis libras ſemel apta vena va=
cuare: qui. 3. ſui canonis fen. 5. T. primo. c. 9. de ſuperfluo ſā=
guinis narium fluxu tractans inquit. Et ſcias ꝙ quādoqꝫ vi=
uit homo in fluxu ſanguinis narium vſqꝫquo egrediantur ex
eo viginti librę vſqꝫ ad viginti ⁊ quinqꝫ libras: deinde moritur
Qui etiam / alias ſui immemor ſanguinem ad animi vſqꝫ de
liquium mittere iubet. Falſus itaqꝫ eſt Auicena dum ꝓ vni
uerſali decreto accepit: Quod Galenus. xi. methodi meden
di ad ſanandas febres putredini coniunctas (quas ex notis
prorogandas coniectamur) particulatim docet. iubens ſan=
guinem euacuare vt illis obuiemꝰ: parce tamen. Quum. n.
illas ſola ſanguinis miſſione erradicare nō valeamus: ſerua
re iubet ſanguinem ne ęgrotātis vires ante morbi ſtatum đ
ficiant. Bilis etiam efferueſcentiam non timuit Galenus,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quando in phlegmonarum ⁊ ardentiſſimarum febrium curatione ⁊ in vehemẽtiſſimoꝝ doloꝝ ſedatione iubet ſanguinem copioſiſſime mittere, etiã vſq; ad animi deliquium: ⁊ aſſerit ꝙ ſanguine ad dictum modum euacuato, potius deuerceſcit bilis, ꝙ̃ efferueſcat. quod cõprobat et experiẽtijs quas narrat, ⁊ ratione quã adfert. quoniam inquit bilioſo ſanguine euacuato refrigeſcit corpus ⁊ reliquum ebulientẽ ſanguinem refrigerat, ⁊ in officio continet viribus reſumptis. Sp. Quid, ergo quantum coniectari licet, coegit Auicennam ⁊ a Galeno ⁊ a veritate deuiare? Ph. Diuinatione ad hãc rẽ opus erit. dicam tamen vt iuſſis tuis parcam, quod nunc mihi ſuccurrit. Subijt (vt ſuſpicor) animum eius imaginatio q̃dam a vero abhorrens: cui frequenter eius enarratores innituntur: ꝙ. ſ. rubea bilis intra venas non eſt ſanguini commiſta: ⁊ quod vena ſcalpello aperta ſanguis exeat, rubea bile intra venas relicta: quę ſanguine vacuato, vt ferociens equ⁹ freno ⁊ compedibus ablatis obuios inuadit morſibus ⁊ calcibus, non ſecus intra venas ebulliat efferueat ⁊ turgeat. Verum Galenus contra docet rubeam bilem intra venas ſanguini miſceri: et nullibi ſeorſum inueniri niſi vel in fellea veſica, vel in arcuato morbo, vel in cholericis febrib⁹ intermittentibus vel in alijs morbis a rubea bile extra venas pẽdẽtibus. Quod ſi nonnunꝙ̃ ſtatim a phlebotomia valetudinarius delirio corripitur: id non accidit: quoniam ſanguis frenum (vt dicunt) rubeę bilis euacuatus ſit: quo euacuato rubea bilis efferueat: ſed quoniam bilioſo ⁊ efferueſcente ſanguine vt Auicenna iubet: parcius miſſo, multa bilioſi illius ſanguinis quantitas intra venas relicta concitatur: et tumultuans cerebrum petit: vbi veram vel non veram phrenitidẽ gignit. Quod ſi bilioſus ille ſanguis iuxta Galeni decreta copioſe vena ſecta vacuatus fuiſſet: non modo citra incommodum, verum cũ maximo priſtinę ſanitatis emolumẽto omnia ad votum ſucceſſiſſent. Fateor tamen ꝙ ſepe ſanguine copioſe in intermittenium cholericarum febrium ini-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ijs vacuato ꝓpter medicoꝝ inſcitiã ęgrotãs delirio corripi
tur: quoniam venę ſanguine depletę dum humores ad ſe
trahunt: vt indigentię ⁊ inopię in quã deuenerunt ſubue=
niant: rubeam bilem quę extra venas exuberabat ad ſe euo
cant: quę ſanguini alioqui iam ad efferueſcentiam parato,
multoties ebulliendi occaſionem prębet: qua ratione ęgro=
tans ſępenumero confeſtim vt phlebotomatur delirat. Sp.
Longum valere iuſſo Auicenna cum tyrannide ſua, quam
tot annos exercuit, ⁊ (vt ab omnibus fere noſtratibus medi=
cis ſuſpicitur et tantum non adoratur) exercebit. Tertio pro
miſſo manus admoue. Quum enim adeo ſtabilia inſtituto
tuo ieceris fundamenta, facile hoſtium tela intrepidus repel
les. PH. Primo (vt breuitati indulgeã) autoritates Ara=
bum ⁊ quorumcunqꝫ aliorum autorũ ſeu Gręcorum ſeu La
tinorum qui aduerſę factioni addicti ſunt: tanquam ex pro=
feſſo hoſtium reſpuo: tametſi Arabum non pauci non ani=
mo diſcedendi ab Hippocratis ⁊ Galeni placitis ab eis de=
uiarunt. Sed quoniam eorum mentem non aſſecuti ſunt,
vel quia in prauas inciderunt interpretationes: vel quoniã
multa eorum commentaria in quibus illi decretum ſuum
in hac re explicuerũt, Arabes iſti non legerunt. Qui enim
fieri potuit, vt Auicenna qui cum a Galeni placitis ex indu
ſtria diuertit: eum nominatim taxat, in adeo momentoſa re
atqꝫ hęc eſt: quum ab illo deſciſcat: illius tamen non memi=
nerit: Niſi quod Galeni veſtigijs inſiſtere credens, ab eo ne
ſciens ſicut in non paucis alijs diſcedit. Hippocratis autẽ ⁊
Galeni autoritates oẽs quibꝰ iubemur fluentem humorẽ ad
cõtraria reuellere: vt q̃nto methodi medendi ⁊ in libello de
antiſpaſi ⁊ alijs in locis cõmẽtatorioꝝ ſuoꝝ q̃ ꝓlixitati pcẽs
nõ cito: vbi docet a dextris ad ſiniſtra ⁊ contra: ⁊ a ſupernis
ad inferna ⁊ econtrario: ⁊ ab internis ad externa ⁊ ab ante
in retro eſſe diuertendũ, nobis non aduerſant. Nã ex ijs q̃ di
ximus, nemo ambiget (niſi ſit illi cornea fibra) ſanguine ex af
fecto latere miſſo, humorem qui ad abſceſſus locum fluebat,

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eadē qua fluebat via refluere: q̇ refluxꝰ ſane contrarius mo
tus eſt fluxui. Quod ſi ex aduerſo latere vena tundat. quū
illinc humor nō fluat ea velocitate qua acuti morbi gignunt
non illuc refluet adeo citato motu vt acutis morbis meden-
dis egemus. Quare non ad contrarium vt opus eſt, ꝛ Gale
nus iuſſit euocabitur humor. Et dum affecti lateris baſilicā
in pleuritidis curatione ſecamus, ſatis eſt ad reuulſionis ra-
tionem humores ab internis ad externa diuerti. Siquidem
non ſemper omnia illa reuulſionis genera ab anterioribus
in poſteriora, a dextris in ſiniſtra. ꝛc. ſimul ſunt exercenda.
Nec Galeno vnquam placuit quod in internis abſceſſibus
curandis inter eorum initia ſanguis ex aduerſo latere mitte
retur: ſufficit nobis ꝛ Galeno ꝙ ex aduerſa parte (vt expoſui-
mus) mittatur. Uerum reuulſiones alias quę dolore ꝛ calo
re fluentē humorē retrahunt: vel ex aduerſo latere: vel ex di
ſtantiſſimis inter morboꝝ initia iubet facere. Cuiuſmodi
ſunt vincula, frictiones, cucurbitulę, pondera: ꝛ aliꝗ id genꝰ
reuulſionum modi. Nec obſtat nobis ꝙ. 13. methodi meden
di iubet Galenus, quod exiſtente bubone in dextro crure, ex ſi
niſtro phlebotomemus. nam per patientem particulam nō
eſt corpore pleno euacuandum ex tertio techni. Quum er-
go in prędicto caſu plenitudinis ꝛ morbi ꝛ accidentium cau-
ſa ſit vena ſecanda, ꝛ humores (quippe qui graues ſint) faci
lius multo deſcendant ꝙ̄ aſcendant: ea ratione tunc oppoſi-
tam ſophenam expedit ſecare. Non ſic in pleuritide in qua
affecti lateris brachiū non eſt inflammatū, nec lęſum, vt crus
phlegmonē patiens. Nec ſecta in pleuritidis principio patiē
tis lateris baſilica, timendus eſt fluxus humoꝝ ex aduerſo la
tere (qđ aduerſę factiōis medici timēt) q̄a vt iā oſtēdimꝰ apo
ſtema initiū ꝛ augmētū p̄cipue ſumit ex humoribꝰ nō ab ad-
uerſo latere, verū ab affecto fluētibꝰ. Nec ēt ſāguis ex affecto
latere ad abſceſſus locum fluet ſi abunde vt Galenus iu-
bet mittatur: patiens ſiquidem membrum ablato dolore ꝛ
calore ea fortioribus non attrahet. Nec tranſmittentia mem



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

bra iã ad inopiã p copioſã phlebotomiã redacta trãſmittet.
SP. vt in ſententiam tuam ⁊ non inuite abeam, Reliquũ
tibi eſt iuxta pollicita Joannis Manardi rationes propter
quas ab Hippocrate ⁊ Galeno deſciuit, ſoluere. PH. tamet
ſi vt ex dictis liquet doctiſſimi illius viri tela ſint plumbea,
Ne illis ſuccumbere videar, ea facile reijciã. Manardi itaq;
rationes expendamus. Quis igitur inquit nos merito cul:
pauerit: ſi ſimultaneam ſanguinis vacuationem cauentes,
nec tantum ſanguinis auferre ſemel volentes q̃tum neceſſe
eſt fluere: ſi is qui in phlegmone eſt extra duci debet, contra:
riam patienti lateri venam reuulſionis potius gratia q̃ eua
cuationis ſanguinis in tumore cõtenti primo ſecuerimus, de
inde vel eodem vel altero die per eiuſdem lateris venam re
liquum abſtulerimus: Preſertim (inquit) ſi peſtilẽtialis fue
rit; hoc eſt vagans atq; pernitioſa pleuritis: in qua ſanguis
q̃tum fieri poteſt eſt, longiſſime a principalibus membris di
ſtrahendus, quod per tali magis q̃ per alterius venę ſectio
nem fieri nemo ignorat. Hec Manardus ex pluralia alia. q̃
ſuccincte notabuntur. Primo fallitur Manardus etiam ſi i
ter recentiores doctiſſimus: nimirum homo: credens phle:
botomiam ex oppoſito latere reuellere fluentem humorem
ea celeritate qua egemus in pleuritide curanda. vt iam oſtẽ
dimus. Quod ſi egrotantis vires non tantam ſanguinis ſi:
multaneã euacuationẽ tollerant: vt ſepe fit: partiatur phle:
botomia reſumptis interim viribus iurulento ⁊ facilis cõco:
ctionis cibo. Quod autem de peſtilentiali pleuritide ſubdit:
cõi practicantium ſententie ⁊ rationi aduerſatur. Quum .n.
in illa humor ſit venenoſus celerrime eſt extra corpus va:
cuandus: ⁊ a principibus membris elõgandus. quod per di
rectam internam cubiti venam expeditiſſime ⁊ per tali ve:
nam tarde ⁊ non ſine vitę periculo fiet. Timẽdum enim eſt
ne tali vena ſecta peſtilens humor ad inferna attract⁹ iecur
lętaliter afficiat, ⁊ illi⁹ humores venenoſitate inficiat. ad eũ
enim tanq̃ ad fontem retrahendus eſt, anteaq̃ ad tali venã

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tranſeat. vt ex venarum hiſtoria facile poteſt oſtendi. Quod
ſi vt ſubiūgit. pleuriticę menſes ſuppſſi fuerint, vel pleuritico
mariſcarum ſolitus fluxus: medici ſcopus illo temporis ar=
ticulo non eſt ſupſſas illas euacuationes excitare, quando
illę inducias prębent: Sed quod maxime vrget auferre:
humores. ſ. dolorē ⁊ tumorem ⁊ calorem efficientes ꝗ̄ta va
luerimus celeritate reuellere ⁊ extra corpꝰ vacuare. Quod
conuenientiſſime fiet: vt ex hijs q̄ diximus liquet: ſecta i ter
na cubiti vena ex patientis lateris brachio. Nec qm̄ Galenꝰ
pręuiſionis ⁊ cautelę gratia crurum venas in pręedictis caſi
bus ſecare conſulat: vt graues ⁊ craſſi humores ad inferna
trahantur, vrget vt pleuritide acuto ⁊ periculoſo morbo in=
ſtante idem faciamus. qua etiam ratione quod de epilepti=
cis ⁊ vertiginoſis ſubdit non eſt cur aliquem mouere debe=
at. Et fallitur certe doctus noſter Manardus credens aduer
ſi lateris phlebotomiam a Galeno non damnari in pleuriti
dis curatione: quoniam dicat eam vel parum vel poſt tempꝰ
ſeu tarde iuuare, immo eo nomine a Galeno vituperatur,
quando celerrima ⁊ reuulſione et euacuatione indigemꝰ, vt
tanto morbo tanq̄ acuto ꝗ̄tus eſt pleuritis obuiemus. vt ex
cōmento. 10. 2. de ratione victus in morbis acutis citauimꝰ
Et quod ex Hippocrate ⁊ Galeni decretis ſubiungit: iam
reiecimus. Falſo tamē (vt reor) adducit Galeni teſtimoniū:
Nec memini me apud illum legiſſe: manu patiente: ex alte
ra manu eſſe vacuādum ſanguinem. Subdit Manardꝰ. nul
la alia ratione Hippocratem ⁊ Galenū ꝓtuliſſe affecti lateris
ſectionem: Niſi qm̄ vnica phlebotomia volunt ſanguinē in
phlegmone exiſtentem euacuare. Et quoniā inquit hęc intē
tio hoc euo ceſſat in ſua regiōe, in qua nō adeo copioſis vti
tur euacuationibus, quoniā corpora imbecilliora ſunt, ꝗ̄ vt
eas ferre poſſint: ideo non magnopere aberrare videt (ait) qui
aliam venam maioris reuulſionis gratia ſecuerit. Hęc Ma=
nardus fere ad verbū. Ad q̄ ꝑticulatim reſpondebo. Primo
ꝓcipua rō que Hippocratem et Galenū impulit, vt recta in

internis abſceſſibus phlebotomarēt, fuit ſimilium operū na
turę contemplatio, quā vt diximus non impeditam ⁊ ſui iuris
nunꝗ̄ non videbant rectitudinem hanc ſeruare. Quod ſi
a rectitudine hac nō deflectentes vnica ſanguinis miſſione
in phlegmonaꝝ curatione poterant (qm̄ ętas vires ⁊c. con:
ſentiebant) fieri voti cōpotes: ad dictum modum citra timo
rem phlebotomabant. ſin minus rectitudinem eandem ſer
uantes: ſanguinis miſſionem vt rectius eis viſum erat par:
tiebantur: Quod autem Manardus addit Italorum vi:
res non ferre ſimultaneam illam ſanguinis euacuationem,
poſſem hoc illi dare tuto, ni cōtrariū haberem nōnullorum
teſtimonijs. at certe tolerant hiſpanorū noſtroꝝ vires robu:
ſtę: euacuationū inedię algoris ⁊ ęſtus patientiſſime, quibus
p̄cipuę conſultū volum⁹. Nec cū Conciliatore nūc contēdā:
an humana natura imbecilior ſit ꝙ̄ olim. quoniā tēporis an
guſtiam premimur. Inſtat continuo Manardus: ꝙ quoniā
maior eſt conuenientia duarū baſilicarū: dextrę. ſ. ⁊ ſiniſtrę ꝙ̄
alterius baſilicę cum collaterali cephalica: ſi Galenus con:
ſulit non comparente patientis lateris baſilica eiuſdem late
ris cephalicā ſecare: maiori cū vtilitate aduerſi lateris baſili
ca phlebotomari poterit ꝙ̄ eiuſdē lateris humeralis. Affini
tatē ſane duarū baſilicarū maiorē ꝗ̄ ita ſenſus aſſeq̄ poſſit nō
īficiamur, tā etſi ꝟa cognatiōe quā rō dictat: cōiūctiores ſunt,
eiuſdē lateris venę: propter filamētoꝝ venarū quē diximus
contextum ex alio ⁊ alio orſu ⁊ ſubtegmine in dextro ꝙ̄ in ſi
niſtro: ⁊ in ſiniſtro ꝙ̄ in dextro coagmētatū, ꝙ̄ aduerſorū la:
teꝝ venę ficta ⁊ ſimulata illa ſua cognatione. Ex quib⁹ tandē
colligitur Hippocratem ⁊ Galenū in cōtrouerſia hac adeo
vt oſtendimus difficili, non erraſſe: immo veritatis ſcopum
ꝙ̄ maxime attigiſſe: ꝗ̄ꝙ Galenus (vt Manardus ei obijcit) ī
negligendo Moſe ⁊ Chriſto aberrauerit. Hoc. n. niſi adeo ꝑ
reuelatam fidem vocati ⁊ nō renitentes noſſe non poterant.
Illud vero qua pollebant rerum naturalium pericia ⁊ inge
nij acrimonia aſſequi valuerūt: Nonnulla alia leuioris ope

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rꝫ quoꝝ cauſa me carpũt, cõſulto relinquo. ſatis enim ſupq;
hodiernũ colloquiũ ꝓtẽdim⁹. Parat⁹ tñ ſum quoties opor
tuerit, cũ illis in arenã deſcẽdere ⁊ manus cõſerere liuore de
tractiõe maledicẽtia odio (vt Chriſtianos decet) ſepoſitis: et
herbã porrigere: ſi qs me a veritate deuiare oñderit: ⁊ a fal=
ſis aſſeruit opinionibus. Fateborq; me illi maximo benefi
cio deuinctũ, tm̃ abeſt vt ei ſuccẽſſurus ſim. S P. Utinam ſic
oẽs ſaperẽt: et iſto eſſent animo. Nõ ea inuidia ars hęc labo=
raret inter doctos cordatoſq; oẽs, verũ maxima cũ reipubli=
cę vtilitate diſcerek. Ph. Quid ſperandũ cenſes vbi negle
ctis optimis diſciplinis, cõtẽpta linguarum cognitione: et ſo
lida doctrina ſuſq; deq; habita, q̃ circa naturę indagationem
verſatur, ad aniles quaſdam nenias mulиebreſq; rixas deuẽ
tũ eſt, in quib⁹ Stẽtorea vociferatio ⁊ Therſitis impudẽtia
p̃mium ferũt. S P. Pudet me mediusfidius hui⁹ cognomi=
nis ſi qñ hos nr̃os logoiatros (ſic. n. eos appellat Galen⁹) cũ
veterib⁹ cõfero: immane q̃ tũ diſtãt, nõ ſolũ doctrina ⁊ peritia,
verũ cõſilio, prudẽtia, et animi cãdore. Quid. n. aliud iſti q̃
litigare diſcũt: ſcholis obtruſi nugis armank: q̃ ubus vel infe=
liciter inſtructi: ſubito velut iã diſciplinarũ periodo abſoluta
(quũ tñ illarũ nullã niſi a limine ſalutarint) exacti emergũt
medici. talib⁹ cõmittũtur ęgrotãtes, hos ſuſpiciũt populares
immo p̃ncipes quo magis doleas: hi p̃ficiũtur cõ omniũ ſa=
luti, ſub hoꝝ cultro ſũt oẽs omniũ iuguli. Taxat Galen⁹ Dio
ſcoridẽ grauiſſimũ auctorẽ: ⁊ cũ i medica ſylua p̃mas tribuit
q̃ q̃dã parũ illi cõpta literis mãdarit. q̃d dicturũ exiſtimas,
ſi p̃ter has ſpinoſas cõtentiones vidiſſet tã altã in eruendis
naturę virib⁹ ſocordiã: Quis nũc medicoꝝ herbas curat co=
gnoſcere: Quis frutices atq; ſuffrutices: Quis metalloꝝ
foſſiliũ, lapidũ hiſtorias rimatur: Huc nimirum noſtra cul
pa res eſt redacta: vt ęgre ſimplicium medicamẽtoꝝ nõia te
nẽtes: tot⁹ ſalutis cardo pharmacopolis credak: quib⁹ ſi nos
libeat fallere p̃ nos licet ſane illis vrticã pro malua: veratrũ
pro menthã: ac pro feniculo cicutã p̃bere. Atqui hac parte

inſudandū erat:et maxime:vnde maxima emanare pōt per=
nicies,futilib⁹ digladiationibus relictis. Verū ſi iſtoꝝ igno=
rantiā detegendā curarē:ac veteres auias(vt ille ait)de pul=
mone reuellere,nō ſimplex ſufficeret volumē:tantū hac par
te dicā,hos medicinā ſcurrilitate cōmutaſſe. Pa.n.optime ſuo
nomine ſatiſfacere arbitratur:q̄ penitius principū aulas(re
pulſam centies et probra paſſus)penetrarit.quē nō cōmen
dat eruditio,ſed dicacitas.non ditat ꝓfeſſio,ſed impudentia
rapacitati cōiuncta.Vagāt holoſericati,anulis et aureis mo
nilibus onuſti:vt ſic plebi imponāt et pluris conducant:quū
interi⁹ puteāt olidis ignorātię ſordib⁹:quā ſupbię ſociatam
indebilem iudicat Galenus.13.meth.medendi.Miſeret me
humanę cōditiōis.ſuo ęre hōies ſuos accerſunt carnifices.
Profecto nullo alio efficatiori argumento ſoleo.ego mūdi
ſeniū ad interitū tendentis pręuidere,q̄ ꝑpoſtera omniū ar
tium:ꝛ ꝑcipue hui⁹ traditione:quā ſi q̄s oīo vt nunc docetur
tolleret:de reb⁹ humanis optime mereretur.Floruit olim
medicina ꝛ ad miraculū vſq̄ ꝓceſſit:adeo vt medicoꝝ non
pauci ꝓ diis habiti ſint:Nūc iā apud nr̄ates nutat:ruinam ꝯ
minat.vel poti⁹ ſi verū audire libet,diruta eſt,ꝛ ꝓfunda cali
gine ſepulta.Porro cęterarū hūanarū artiū(ſi moralē exci=
pias)vel negligentia,vel incuria parū obeſt reip.Medicinę
vo cōtēptus aut ignorātia nō poteſt nō inuehere maximam
maloꝝ lernā reb⁹ hūanis.Quid ſentiret vel mediocri belli
cę rei peritia inſtructus,ſi duos reges maximis ac florētiſſi=
mis exercitib⁹ cōgreſſuros videret:quoꝝ alter auxiliarioꝝ
copia creſceret,alter vo inteſtinis diſſenſionib⁹ et ob tranſfu
gas indies minueretur?nimirū ꝑdiceret huius nō ſtragem
modo,ſed internitionem,Jd etiā hōibus cōtingat neceſſe eſt
in quos quū quotidie ingruāt morboꝝ agmina:quoꝝ vix ve
ſtigium in antiquoꝝ libris extat:ꝑſentiū medicoꝝ maior ps
tantū abeſt vt naturę ſuppetias ferat,inſtetq̄ ęgritudinib⁹:
q̄ potius deſertores maximi facti cū morbis cōmunem ſalu
tem impugnent.S.P. Vix a lachrymis tēpero:dū miſerādā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hãc rerũ tragoediam ob oculos ponis. Sed me non omnino ſpes deferit, futurũ aliquando vt omnes ad meliorẽ frugẽ vertantur: pſertim ſi tu ac tui ſimiles in hoc neruos intendatis. PH. Atqui tandem erunt, qui vel mutire contra hos orbis tyrannos audeãt? vt.n. nihil ambigo eſſe plurimos q̃ recte ſentiant: et ſana liberaq; doctrina imbuti ſint. Ita non video qui audeant contempto lucello quod ſentiunt edere. magna pars voluptates q̃rit. Alij ſua contẽti cõſciẽtia, ſibi ſuçq; familię ſapiunt. Deniq; ſi quis veritatem tenacius indagare tentet: aut politioris literaturę peritiam medicinę coniungere, protinus exibillabitur, explodeturq;, ꝛ inſani nomẽ feret, vt mihi ſcis Spudeę chariſſime contigiſſe. Proinde niſi deus quiſpiam velut e machina res hominũ miſertus, hunc nodum ſoluerit, actum eſt de naturali peritia atq; medendi arte. SP. Dij meliora. Nam ſi longos annos te deꝰ ſoſpitem ſeruarit, hos omnes barbariei ac nũmorum miſtas ad crucem aut famem ꝛ quidem Saguntinã (niſi reſipuerint) adigendos confido. ſed ecce neſcio qui recta ad nos veniunt. Poſtea quum vacauerit, ad has noſtras confabulationes conueniemus: te quęrũt vt intelligo. nollo vobis eſſe in mora: ꝛ alioqui conueniendus eſt librarius qui mihi has homilias conſcribat: vt ſi quando ocium ſit, inter legendum eas, te tanquam pręſentem alloquar: ꝛ vt alijs impartiam: ſic enim fortaſſe fiet vt plures noſtrę factionis habeamꝰ. Uale. PH. Fac pro tuo arbitrio: ꝛ interim vt optas, Uale.

FINIS.

¶ Excudebat Zamorę Petrus Touans. Anno ab orbe redempto. 1538. quarto nonas Septembres.

## Quę ſubterfugere recognoſcentis oculos grauioꝛa errata ſunt hęc.

In elencho annotamento ſexto. molienda. lege mollienda:
In nuncupatoꝛia epiſtola in calce fere, nomine. le. numine.
Folio. 4. pagina ṗma in calce fere. reperem lege reſiperem.
Eodem fo. pa. 2. ꝓpe mediū: impemento lege. impedimēto.
Eodem fo. ⁊ pa. pꝛope calcem. que natura. lege quęnam.
Folio. 5. pagina ṗma ꝓpe calcē. imitantes. lege minitantes
Eodem. fo: pa. 2. naſu. lege naſo.
Fo. 6. pa. pꝛima ꝓpe medium. aliquod lege aliquot.
Fo. 8. pa. pꝛima. quū tamen moꝛbus non ferietur: lege moꝛbus tamen interim non feriatur.
Et continuo: vel ne nihil. lege. verum illi ne nihil.
Eodem fo. pa. 2. interdixerit. lege interdixerunt.
Et parū infra ꝓpe mediū. preſſit. lege pręſſit.
Fo. 9. pa. 2. linea. 2. contingit. lege contigit.
Fo. 10. pa. ṗma ꝓpe calcem. ante albi. lege ante alui.
Fo. 11. pa. ṗma. fere in fine. a membꝛa. lege ⁊ membꝛa.
Fo. 21. pa. ṗma ꝓpe mediū. vtilima. lege vtilliima.
Fo. 22. pa. pꝛima ꝓpe mediū: inanem gloꝛiā aſſequuntur. adde. complaceant.
Eodem fo. pa. 2. li. ṗma. ad accede. lege ad alia accede.
Eodem fo. ⁊ pagina. in medio. et quanq̃. lege. vt quanq̃.
Et ſequenti linea: vt velociter. lege. ⁊ velociter.
Fo. 26. pa. ṗma pꝛope mediū. met Galenꝰ. lege idē Galenꝰ.
Fo. 30. pa. ṗma ꝓpe finem. apertiſſimā. lege aptiſſimam.
Fo. eodem. pa. 2. ꝓpe calcē. humeris. lege humoꝛis.

de Educación, Cultura y Deporte



Cultura y Deporte

2364